



V. R. de MARIA SS.ma de la
PALMA, que se Venera en su Igl.a titular en el
Barrio de la Viña, de la Ciu.d de Cadiz.

Gonz. del. et sculp. Cadiz 1755

Phisica Compendium.

MS. 4.º papel, completo, aunq. parece que no está acabada toda la obra, sin foliar, bien tratado.

R. = no tiene.




V.R.º de MARIA SS.ma de la PALMA, que se Venera en su Igl.a titular en el Barrio de la Viña, de la Ciu.d de Cadiz.

Gonz. del. et sculp. Cadiz 1755

Soy de el que me hizo

Fran.co Xav. de Paula

Calderon, y Fern.z





In nomine Domini, unius in essentia, et in Personis trini, incipit Phicicæ prælium juxta veriorem mentem Phi, Nostrique Mariani, Subtilissimique D.s JOANNIS DUM SCOTI, Scholasticorum Principis. Elavoratum per P. F. Franciscum de Luque, in hoc Sacro Xeresiensis Cenobio, Sanctæ Veræ Crucis, Artium Lectore, cui imprimis ponimus infra,

PHICICÆ COMPENDIUM.

Continens Commentatoria in octo Phis libros ad mentem S.mi Doctoris, JOANNIS DUM SCOTI Theologorum principis. Opus, Deo optimo, Maximo, primæ causæ principioque rerum omnium, dicatum, Beatissimæ, Semperque Virginis Mariæ absque pecato originali conceptæ, atque ejus Fidelissimo Sponso S.mo Patriarchæ, S.to Josepho, nostri Cursus Patrono, sacratum, et laudatum à P. F. Francisco de Luque, Artium Lectore in supra dicto Cenobio, in septimo que Nonis Octobris, anni Domini, millesimi, Septingentesimi, sexagesimi octavi.

AD AUDITORES PRÆLOQUUTIO



Quæstio 2ª

Quænam sit objectum adæquatum, formale, et materiale Physicæ?

§us Unicus.

Ad omnia veniunt per 3s Propositiones Respondet.

Pro resolutione noto, quod corpus species subalterna colocata immediate sub genere substantiæ, constituitur metaphysice ex substantia tanquam ex genere, et ex corporeitate tanquam ex differentia; physice vero essentialiter componitur ex materia, et forma, ex quo ipsi provenit, quod moveatur, et quiescat, siquidem forma, et materia, includunt conceptum naturæ, quæ est principium movendi, et quiescendi ejus in quo est primo, et per se, et non secundum accens.

Notare etiam naturam hic summi, ut principium quo radicale motus, et quietis, physice, et per se sensibilis, et non pro quolibet motu, et quiete. Amplius notari debet, quod motus, et quies, possunt tripliciter considerari: 1º actualiter, et hoc modo corpori accidunt. 2º aptitudinaliter, et ita sunt proprietates ejus. 3º radicaliter, et sic sunt ipsius corporis naturalis essentia. Hoc patet, in risibilitate respectu hominis; quia risus actualiter accidit homini, aptitudinalis, est ejus passio, et radicaliter sumptus, est ejus essentia. Ex quo apparet, quod idem est corpus formaliter, prout naturale, ac radix motus, et quietis

Quibus scitis: sic 1ª Propositio: corpus substantiale naturale est objectum adæquatum, seu attributionis physicæ. Est Philosophi 6º metaphysicorum, C 1º, Nº 1; et Divi Thomæ ibidem, quæstio 1ª dicentis: Physica considerat substantiam corpoream in quantum conceptus, qui de corpore habet, includunt principia motus et oppositi. Ratione probatur objectum adæquatum cujuslibet scientiæ, est illud ad quod attribuunt omnia, quæ in scientia tractantur; sed corpus naturale in physica ita se habet: Ergo etc. Probatur minor: quidquid in physica est, ad hujusmodi corpus pertinet, vel tanquam quid constituens, vel tanquam proprietas substantialis vel accidentalis, vel denique tanquam quid conducens ad ejus complementum, considerationem, et perfectam intelligentiam: Ergo etc.

Sic 2ª Propositio: objectum formale quo, seu ratio sub qua physica agit de corpore substantiali est naturalis. Probatur prima: id quod corpus substantiale detrahit, ut potius ad physicam, quam ad aliam scientiam expectet est objectum formale physicæ; sed ita est naturalitas: Ergo etc. Probatur minor: illud formaliter detrahit rationem objecti materialis, quod deservit ut medium, ad demonstrandas passiones de suo objecto adæquato, sed per naturalitatem demonstrant passiones movilitatis et quiescibilitatis, ut potentes sunt talis corporis proprietates: Ergo etc. Ubi patet in ista demonstratione: habens naturam est mobile, et quiescibile formaliter; sed corpus substantiale naturale habet naturam: Ergo est mobile, et quiescibile formaliter.

Sic 3ª D[ictio]: obiectum ~~substantiale~~ (materiale) physicae est corpus ~~materiale~~ substantiale

Probatur: cui primo, et per se competit obiectum formale physicae est eius obiectum materiale; sed naturalitas, quae est obiectum formale physicae, primo et per se competit corpori substantiali: Ergo. Probatur minor: naturalitas est principium motus, et quietis; sed hoc quod est moveri, et quiescere solum competit corpori substantiali Ergo.

Sed notate, quod ille motus, et quies expectant ad physicam per se, quia sunt naturales, scilicet, orta a natura, et per se corporea, et sensibilia, idest, a sensu perceptibilia; possumusque naturaliter à nobis vias sensus investigare. Unde hic motus non convenit angelis, nec accidentibus, a substantia separatis.

§ 2.

Argumenta contra has 3 D[ictiones] solbuntur.

Arguit primo Doctor quaestione 1ª, prologi sententiarum, ubi passim citans Philosophum docet: ens mobile esse obiectum adaequatum physicae. 2º: cui primo, et per se competit passio propria physicae, est eius obiectum adaequatum; sed mobilitas, quae est talis passio, primo et per se competit enti finito, sub ratione naturalitatis: Ergo. Probatur minor: mobilitas convenit omni enti finito naturali: Ergo. Antecedens probatur: substantia spiritualis, est mobilis localiter physice, et intentionaliter: Angelus enim movetur physice, divisibiliter per spatium imaginarium, et aliqua forma accidentalis per se. Accidens separatum movetur de facto sensibiliter, ut patet in Eucharistia, substantia naturalis cum omnibus movetur. Ergo.

Confirmatur: physica agit de Deo, ut prima causa, de intelligentiis, de vacuo etc. quae omnia nec pertinent, nec reducuntur ad corpus naturale: Ergo. — Respondet ad textum, Doctor tantum dicere, corpus mobile, esse subiectum scientiae naturalis, et sic probare. Alii respondent Doctorem, et Philosophum locutos fuisse non in propria, sed in aliena sententia; aut exemplificando. In exemplis enim non est veritas, sed veritatis manifestatio.

Ad 2um, negatur minor, et antecedens probationis distinguitur: Angelus, et accidens movetur motu physico orto à principio intrinseco naturali; nego: alio modo accidentaliter ad physicam spectante, et per se ad alias scientias, metaphysicae et theologiae; concedo. Motus physicus naturalis est sensibilis corporeus ortus a principiis naturalibus substantialibus, scilicet, perceptibilis a sensu, et postea inquisibilis via naturali: et cum angelus solum accidentaliter physice moveatur, inde fit, quod ei non competit physica mobilitas. Ad confirmationem dico: physicam agere de Deo, ut est causa efficiens motus, et ita de Angelis; de vacuo, ratione loci carentis corpore.

Arguit 3º: mobilitas physica verificatur primo, et per se de ente, et de corpore: Ergo ens est obiectum adaequatum etc. Probatur: ens extra 3m actum, textu 6º motus est actus entis

in potentia, put in potentia. Explico Phy: motus ē actus entis, idē, nāq substantialis, cedo; ē actus entis idē, nāq sequentis metaphysicq, ngo. Phus loco sitato, et alijs in locis per ens in potentia intelligit nāq (nondum) cōpletq, et hoc ē ens in potentia, et motus principij.

Arguitur 4°.

ens mobile, et nō corpus naāle cōplectitur oa, quq tradunt in phica: Cōll. Pbō ant: maa, et formā nō cōtinent sub corpore naali, et cōtinent sub ente mobili: Cō &c. — Negat ans, et distinguitur pbatio: nō cōtinent quo ad prabilitatē, cedo; quo ad atributionē, negans et cōq. nq maa, et formae melius, et inmediatius corpori naali atribuunt, quq enti mobili; quia sunt ejus partes phicq cōstitutive, sicut sunt partes subjectivq enti mobilis, qd ideo aptius de illis prat. At questio nō ē de abto pbtionis, sed atributionis

LIBER PRIMUS PHICORUM.

In hoc libro agemus cū Pho de principijs intrinsecis corporis naalis, et de ipso cōposito naali resultanti ex ipsis; quare ut de principijs agamus sit

Distintio Prima.

De principijs intrinsecis corporis naalis tam in fieri quam in facto esse

Questio prima.

Quot sint principia Corporis naturalis, tam ejus in fieri quam in facto esse.

S quo ad omnia urbiter Respondetur.

Ante resolutionē dificultatis supono 1°, qd principiū generalissime sumptū, et put ad presens attinet, ē illud ex quo aliquid resipit suū esse. Et ē 2plex unū extrinsecū, qd prestat esse rei manens extra ipsū, ut causa eficiens; aliud intrinsecū, ex quo res intrinsece, et essentialitr cōponitur: et hoc aliud ē essentiale, qd essentiā rei cōstituit, l. metaphicē, ut genus, et diferentia, l. phicē, ut maa, et forma; aliud quod integrale, qd rei entitatē cōponit, seu ad integrat, ut caput, &c.

In presenti nō loquimur de quibuslibet principijs phicis, sed solū de primis, quq ideo prima dicunt, quia in eodē genere in quo sunt prima, ab alio nō principiant, licet in alio genere principient: maa eaq

1a, licet non principiet ab aliquo physico essentiali principio principiat tamen a causa 1a, quae est principium extrinsecum, et ab intrinseco principio metaphysico et integrali. Talia principia dicuntur 1a non simpliciter, sed solum secundum quid, seu in aliquo determinato genere. Solus Deus primum principium est simpliciter, seu in omni genere, quia ipsi non est aliud neque intrinsecum neque extrinsecum; nec obstat, quod dicat plures conceptus metaphysicos, nam isti Deum non componunt.

Philosophicorum,

C5, sic explicat essentiam primorum principiorum corporis naturalis: principia sunt, quae ex alijs non fiunt, neque ex alterutris, sed omnia ex ipsis. Haec descriptio est vitimus physicitatis, et explationem, quam Doctores tradunt eadem est ac haec: primum principium intrinsecum, essentiale, et physicum corporis naturalis est illud, ex quo fit corpus naturale essentialiter in genere physico; ipsum autem in eo genere ex aliquo alio non fit.

Suppono 2o: quod corpus naturale a physicis in duplici statu considerari valet, scilicet, in fieri, et in facto esse. 1o modo est corpus in via adesse, et non est totaliter extra causas. Corpus naturale in facto esse nil aliud est, quam compositum substantiale physicum jam totaliter extra causas, scilicet, in esse quieto, et perfecto. Principia corporis naturalis in facto esse dicuntur intrinseca, quia ex ipsis tanquam ex partibus essentialibus physicis componitur.

Corporis vero in fieri etiam dicuntur intrinseca, non quia ex ipsis omnibus componatur; sed quia sic in fieri tribuunt actionem generationis, prout generatio mutatio est, talem connectionem dicit cum illis, ut sine illis nequeat intelligi. Unde principia corporis naturalis in fieri sunt illa, quae per se, et indispensabiliter concurrunt ad fieri ejus, et in facto esse, ex quibus intrinsece, et permanenter constat.

Relictis varijs circa hoc punctum philosophorum sententijs, sit 1a conclusio: principia corporis naturalis in fieri sunt 3a; duo positiva, scilicet, materia, et forma; et aliud tractibus, scilicet, privatio. Ita philosophus, et Doctor, 5 lib. de rerum principio, quaest. 1a art. 2o, ubi ita ait: unde privatio est principium fiendi, non vero essendi, materia enim et forma esse rei naturalis constituunt. Probatur 1a pars ratione, principia intrinseca corporis naturalis in fieri sunt ipsa, quae ipsi corpori adsunt dum fit, tanquam partes essentiales illius; ita se habent materia, et forma; ergo.

Probatur 2a pars etiam ratione: id sine quo nequit intelligi corpus in fieri est principium prout tractibus non ingrediendo in sui generatione ut pars essentialis illius, sed mediante ingressu formae; sed hoc de privatione verificatur. Ergo. Probatur minor, nequit intelligi forma in materia quin haec sit capax

ipsius formae; sed in instanti in quo intelligitur capax formae, intelligitur privata forma: Ergo materia ante formam est cum privatione formae: Ergo dum ingreditur forma in materia desinit privatio; sed in instanti in quo forma ingreditur in materia, intelligitur corpus in fieri: Ergo dum hoc incipit, actu privatio desinendo.

Sit 2a conclusio: principia corporis naturalis positiva in facto esse sunt duo, scilicet, materia, et forma. Sic omnes communiter. Probatur: illa sunt principia corporis naturalis in facto esse, quae in illo manent tanquam partes essentiales illius; sed sola materia, et forma sic manent: Ergo etc. — Sed notate primam conclusionem: rigorosam privationem de qua loquimur, solum dari in physicis, ubi requiritur, quod subjectum duratione formam praecedat. Est doctrina Divi Thomae in 1o, D. 13a, q. 5a: ubi ita fatur: nunquam autem est mutatio, nisi quando subjectum termini ad quem alicujus inductionis praecedit duratione ipsum terminum ad quem, et tunc est subjectum privationis termini.

§. 2us

Argumenta contra utramque conclusionem solvuntur

Arguitur 1o contra primam conclusionem: si forma concurreret ut principium ad generationem seu ad corpus naturale in fieri, esset per modum termini ad quem; sed hoc non: Ergo etc. Probatur minor: terminus ad quem generationis non est forma, sed compositum: Ergo etc. — Distinguo majorem: esse per modum termini ad quem minus principalis, concedo; magis principalis, et ultimo intenti a natura, nego. Natura destinatur ad duplicem terminum, formam, scilicet et compositum. Et cum compositum sit ultimo intentum a natura, non propter illius esse, materia unitur formae, inde fit, quod ipsa forma concurrit ad ipsius ~~ap~~ generationem, tanquam ad terminum ad quem materia probavit. Notate, quod in qualibet universitatis generatione est duplex mutatio, una materiae ad formam, et alia ad compositum

Arguitur 2o contra ipsam conclusionem: non ens nequit esse principium intrinsecum entis; sed privatio est non ens: Ergo. — Distinguo majorem: nequit esse principium constitutivum, concedo; pure terminativum, nego. — Sed replicabis: nequit esse principium pure terminativum: Ergo. Probatur antecedens: principium intrinsecum rei debet existere pro illo instanti, pro quo res existit; sed privatio est tunc a quo non existit in instanti, pro quo existit corpus in fieri; imo de ratione termini a quo est desinere esse in instanti, ut in illo incipiat corpus in fieri: Ergo etc.

Negatur, et majoris probationis distinguitur: debet existere desinendo pro instanti etc., concedo; permanendo, nego; cum qua distinctione totum resolves. Cum principium constitutivum veri influat in principiato, et ulterius constituat, et componat illud

ideo existere debet per quecunque instanti quo existit principiatum, et hoc permanendo, ut principium tantum habeat verum influxum in principiatum, et illud nec constituat, nec componat, sed tantum, ideo debet desinere privatio, et non permanere.

Sed contra 1°: in instanti ante ut corpus in fieri desinit privatio, quia in instanti nec intelligitur forma subito communicata, sed ad hoc ut privatio esset principium corporis naturalis in fieri, debebat existere saltem pro illo signo, in quo intelligitur corpus in fieri; ergo. Ulterius est sentata [illegible] quomodo erit esse principium alicujus rei si aliquo modo nondum, [illegible] aliquo modo est principiat?. Contra 2°: nec divinitus possunt verificari duo contradictoria; sed materia (tor) et privatio, talia sunt: ergo nequeunt esse simul.

[illegible], et occurrit solutioni: haec privatio, vel est compositi, vel formae? pro utraque itaque arguitur: in hoc instanti ingreditur forma: ergo in hoc indivisibili instanti desinit adequate privatio: ergo in materia nunquam verificatur forma, et privatio desinendo. Pro solutione nota, quod dicitur materia est privatio formae, et compositi; quare materia cum forma mutatur, et cum composito, de quo principaliter loquimur, et de quo dicimus haec tria principia, quod nequit dici de forma: alias idem esset principium, et principiatum, quod est contra Dictum.

Hoc supposito moralis distinguitur in instanti ante ad corpus in fieri desinit privatio formae, concedo; compositi, nego maiorem; et distinguitur minor: ut aliquid sit principium tantum debet existere desinendo, concedo; permanendo nego. Persimilia ad reliqua respondetur. Omnia enim contradictoria sunt simul in eodem, unum cum illis desinendo, sicut de contradictoriis inquit Philosophus, quod non nisi in eodem pugnant.

Arguitur 3°: ens naturale post fieri, quin in materia praecedat privatio formae: ergo. Probatur antecedens: Coelum Empireum factum fuit, quin in ejus materia praecesserit privatio: ergo. Antecedens patet; nam materia Coeli non fuit prius tempore producta, quam formalis Coeli. Contra distinguitur: ens naturale post fieri per generationem simplicem, quin mutatio non sit, quin praecedat, et omnino per generationem, quae mutatio sit, nego. Et dicimus, quod privatio est principium generationis, quae mutatio sit, Coeli autem generatio non est mutatio, sed simplex productio: ex quo sequitur contra

Sed dices contra: quando in accidentibus eucharisticis vermes generantur, talis generatio fit per veram generationem; sed non praecedit privatio: ergo. Ultimum patet; nam in materia Panis non erat privatio

formę vermis, quia talis maa in Sacramento ndadt, sd sola illius accidentia. = Nec minorę; quia Deus in tali casu, cū sit Autor, unet suplere defectū agentis naalis, atque ideo ad pductionę formę vermis recreat Deus substantię, seu mag panis, ut recipiat formę, l, creat aliquę nobę mag.

Arguit 1°: nequit fieri ens naale, quin in maa præcedat forma corrupta: Ergo sicut privatio ē terminus a quo, ita forma corrupta; nā generatio unius ē corruptio alterius. = Distinguo ans ad-soluti, et simpliciter loquendo, ngo; naalit, et regularit, cedo. Casu quo naalit, l, supernaalit introduceret forma in maa, n alia forma antinformata, daret rigorosa mutatio, quin præcederet corruptio alterius: in aere enī pducit lux per verę mutationę absque corruptione alicujus formę positivę: Ergo licet naalit l, regularit eveniat, n tamē semper, et necessario.

Arguit denique: quælibet res naalis habet duo principia; sd maa, et forma sunt res naales: Ergo constant duobs principijs; et de istis idē dico usque ad infinitū: Ergo compositū constat pluribs principijs. = Distinguo maiorę: quælibet res naalis, quæ pprie talis ē, habet duo principia, cedo; quæ impprie talis ē, ngo. Et eodē modo distinguit min. Itaque maa, et forma n sunt pprie res naales, sd entia naalia, solū enī compositū ex maa, et forma ē res pprie naalis: unde maa, et forma pprie sunt naæ impprie vero res naales.

Pro solutione colliges 1°: qd generatio n sumit hic pt ē actio, sd pt ē mutatio, et n pro principijs extrinseca, sd pro intrinseca. = 2°: pductionę Adami fuisse verę generationę, et fuisse supernaalis in substantia, quia supra, præter generationę naalis fuit facta, et in hoc sensu dicit creatio. = 3°: unionę ad constitutionę compositi, et conservationę ejus esse conditionę sine qua n, n vero principiū, quia n dicit fieri compositū ex unione, sd mediante unione, tanquā conditione. = 4 denique: qd in composito in facto esse tantū sunt duo principia immediata, et si plura sint mediata.

Distinctio 2a

De maa 1a, quæ ē principiū in partitari corporis naalis.

Quæstio Prima

Andet, et quid sit maa 1a? 1us ad utrumque quæsitū respondet,

Non desunt, qui contra mentem Sactorum Patrum, Doctorum opinionem materiam negant. D. Scotus plurimis in locis manifestat esse sententiam illius, sed praecipue in 2°, dist 12ª, quaest 1ª, et lib de rerum principio. Probatur ratione: illa, quae non fiunt de novo fiunt aliquo praesupposito subiecto; sed formae substantiales fiunt de novo per generationem: ergo ex praesupposito subiecto, sed hoc est materia 1ª: ergo etc. Confirmatur ex ipso D. loco citato: aliqua est differentia essentialis inter creationem, et actionem transubstantiativam, mediante qua panis in Eucharistiae sacramento vertitur in corpus Christi; nam haec necessario supponit subiectum destruendum, scilicet panem, qui totaliter vertitur in substantiam corporis Christi. Ergo etc. Idem evenit in ligno cremando.

Ad 2am quaesiti partem deveniendo, Aristoteles 7° met, sic materiam definit: materia neque est quid, neque quale, neque quantum, aut aliud quidpiam eorum, quibus determinatur ens; sed est horum omnium subiectum. Haec definitio quidem fere negativa est, seu explicat potius, quid non sit materia, quam quid sit. At vero ipse Aristoteles 1° phicorum materiam sic definit positive: Est subiectum uniuscuiusque quid sit, ex quo fit aliquid cum insit 1°, et per se, et non secundum accidens; et si corrumpitur aliquid, in hoc ultimo abibit. Hoc est, materia est unale subiectum omnium formarum, pars essentialis constitutiva compositi, quae etiam permanet post illius destructionem.

Dubitabis: an materia 1ª, sit generabilis, et corruptibilis, an vero creabilis? supponimus tamquam certum, materiam non esse aeternam, sed ... Res possint esse in rerum natura, vel per generationem, quae est productio rei ex praesupposito subiecto; vel per creationem, quae est productio rei ex nullo praesupposito subiecto; et similiter possint desinere, vel per corruptionem generationi oppositam, quae quidem est destructio rei remanente subiecto; vel per annihilationem, oppositam creationi, quae est destructio rei nullo remanente subiecto, subiecto; merito in dubium vertimus: an materia 1ª habeat esse per creationem, vel per generationem; et an desinat esse per annihilationem, vel per corruptionem?

Sit conclusio: materia 1ª proprie, formaliter, et stricte est creata; improprie vero, et denominative est generabilis, et corruptibilis, quatenus est causa intrinseca generationis, et corruptionis. Conclusio habet 2 partes: quoad 1am probatur ratione: omne quod a parte rei existit habet esse, vel ex nullo praesupposito subiecto, vel ex aliquo praesupposito subiecto; sed materia 1ª 1° modo habet esse: ergo per creationem. Quoad 2am partem est communis cum D. S., et Aristotele, 7° met, quaest 10ª. Et etiam ratione probatur: illud est tantum generabile, et corruptibile, quod transit de esse subiecti, ex quo generationis, ad esse subiectum in quo corruptionis; sed de materia 1ª hoc verificatur cum ex ipsa compositum generatur, et in ipsa post corruptionem resolvatur: ergo

Quo ad 3ª partē etiā ē Phi 8º ma, test. 5º, ubi sic ait: mag ma- gnitudine male faciunt scilicet, corruptionē ppositi. Et 4ᵗᵒ Phi, ait: esse ad esse rtingere ratione ma. Pᵇ 2ª ratione: nequit agens naale corrumpere formā ncē ppositi, nisi sit in ma alicujus formē, aut oppositē dispositionis: Ergo. et consequenter forma ad ē, quē semper fert in sui conservationē. etenī ē sentē, nō agens nunquā intendit in malū, nisi, sed in bonū, et conservanē speciei, et adversitē, qd forma excluditur à ratione causē corruptionis, quia etiā ē causa, licet nō radicalis, sicut ma.

Quaestio 2ª

Utrū ma Cœlestis, et Sublunaris, sint ejusdē infimē speciei?

§ʷ 1ᵘˢ

Sᵃ Schotica ponitur, et probatur.

Supponit quaestio oā corpora naalia constare ma, et formā. De corporibus sublunaribus, sive quē infra Cœlos sunt, nullū ē dubiū. De cœlestibus, videtur quibusdā in locis Ar. ipsis negasse maā; sed tamē alijs locis illā ipsis concessit, ut videre ē apud interpretes. Fatetur Ar. negavit cœlis compositionē ex ma, et forma, quia existimavit illos esse ingenitos, et incorruptibiles. Sed hoc ē errorē; quē nō satis competunt,

Schotus sane in 2º, dist 14, Cœlos juxta comunē opinionē tenuit esse incorruptibiles, nō ab intrinseco, quia nempe, careant ma, quē ē Principiū generationis, et corruptionis; sed ab extrinseco, quia nō datur agens naale potens formā Cœli ab ejus ma separare. Pro cujus intelligentia suppono 1º, qd incorruptibilitas ē duplex: ab intrinseco, scilicet, et ab extrinseco. 1ª dat qdo res ē incapax corruptionis, adhuc attenta virtute divina. 2ª, qdo nullū dat agens naale, ita activū, ut res corrumpere possint.

Suppono 2º: qd unitas alia ē generica, ut illa, quē reperit inter duo ejusdē generis, ut Equus, et Leo. Alia specifica, quē inter duo individua ejusdē speciei reperit; ut Pet., et Paulus, multiplicitas, seu distinctio penes opposita explicat. Ex quo sequit, hic nō loqui de unitate extrinseca, quē à forma desumitur, alias tamē nō haberet questionē cū oibus constet, Cœlū, et terrā à formis specificas sumere, sed loquimur de unitate, et distinctione intrinseca, hoc ab ipsis partis intrinsecis mae primē.

His suppositis, Tomistæ cum D. Toma subsistunt coelos ab intrinseco incorruptibiles, atque opinionem salvando putant, materiam coelorum debere esse specie distinctam, et alterius rationis à materia corporum sublunarium seu corruptibilium. Hanc sententiam rejiciunt Scotistæ cum Scoto loco citato, Ægidianistæ cum suo fundamentali D., et plurimis alijs; cum quibus sit nostra D.º: materia corporis sive coelestis, sive sublunaris est ejusdem infimæ speciei.

Probatur D.ª ratione D. loco citato, quæ est unica, quæ immerito defecit, et oblivioni traditur à fere omnibus Scotistis: si materia 1.ª corporum coelestium, et sublunarium non esset ejusdem infimæ speciei, darentur duæ materiæ alterius et alterius rationis. Consequens est falsum: ergo et antecedens. Probatur falsitas consequentis: non sunt duo fines ultimi, nec duo efficientes 1.i alterius, et alterius rationis: ergo nec similiter duæ materiæ alterius, et alterius rationis. Paritas tenet, sed amplius ostendo:

Ideo non sunt duo efficientes 1.i diversæ rationis, quia unus sufficit, cum habeat virtutem necessariam in suo genere, et non sint multiplicandæ entitates sine necessitate; sed quælibet materia 1.ª sufficit, cum includat omnem potentialitatem in genere potentiæ subjectivæ: ergo etc. Probatur minor: materia 1.ª in linea physica est pura potentia ad omnes formas subjectivas: ergo etc. Confirmatur: ideo non sunt duo efficientes 1.i alterius rationis ex perfectu essentiali materiæ: ergo etc. Confirmatur: ideo non sunt duo efficientes 1.i alterius, et alterius rationis, quia neuter esset 1.us in causando; sed si darentur duæ materiæ, neutra esset 1.ª in recipiendo: ergo etc. Minor probatur ijsdem rationibus quibus contrarij probant non dari duplicem causam 1.am, quia neutra earum esset 1.ª in causando.

Sed audiatur D. quia id probat D.º Sent. quæst. 1.ª de rerum principio art. 3. n. 15 sic: si sunt duo principia efficientia, aut quodlibet per se est sufficiens ad principiandum omnia completè per aliquem modum, aut neutrum per se est sufficiens, sed ambo. Si 1.º modo, hoc est omnino inutile quia tunc omnino alterum superflueret: natura autem in quocumque effectu quantocumque parvo vitat superfluum: ergo minus patitur superfluitatem in his, et nobilioribus principijs. Ergo neutrum est simpliciter 1.um: quia illud in suo genere est omnino perfectum nullius rationis generis: sicut patet de virtute activa, et generativa, in qualibet specie simpliciter debet esse simpliciter perfectum. Hæc D.

Quis, quis non videt eadem ... probare nostrum assumptum? Sic formo: si essent duæ materiæ diversæ rationis, quælibet earum esset sufficiens ad omnes formas per inclusionem omnis potentialitatis de genere potentiæ

subjectivum; l, quaelibet non esset sufficiens, sed ambae simul? si hoc: ergo altera illarum superflueret. Si 2um, ut revera ponunt Thomistae docentes materiam caelorum non esse in potentia ad omnes formas, sed solum ad proprias: ergo neutra illarum esset 1a, quia quaelibet esset incompleta in ratione principii passivi.

Confirmatur 1o: id unius generis, quod participat in illo genere de ratione illius magis, quam reliqua in illo genere contenta, ut non detur aliud magis participans in eodem genere, nec aeque; sed una ex illis materiis juxta Thomistas magis participaret de potentialitate, quia magis esset in potentia, quam alia, et juxta alios saltem aeque participarent ambae: ergo neutra esset 1a in genere potentiae subjectivae.

Confirmatur 2o: id in aliquo genere, ut potest mensura ceterorum, attingit supremum gradum illius generis, ideo, si est id in genere efficientis, est summe efficiens; si in genere actus, et determinati, summe actuale, et determinatum; sed est summe potentiale, et indeterminatum in aliquo genere, quod in illo habet aliquid aeque, l, magis potentiale, et indeterminatum: ergo si ex duabus materiis diversae rationis, una est aeque, l, magis potentialis, quam altera, neutra esset 1a in genere potentiali, seu in genere materiae.

§ius

Argumenta principaliora solvuntur.

Arguitur 1o contra rationem probatiuam nostri; obiter argumentum, credo, plures scholas contraponere. Argumentum ergo est hoc: ideo ex Dominis materia caelestis, et sublunaris non sunt diversae speciei, quia non dantur duo efficientes 1i diversae speciei; sed haec ratio, nimis, l, nihil probat. Ergo etc. Probatur minor: haec ratio probat non dari duo actus 1os diversae speciei; sed hoc est nimis probare: ergo etc. Probatur maior: non sunt duo efficientes 1i diversae speciei, sicut nec duo fines 1i: ergo nec duo actus 1i, quod est absurdum. Probatur maior: ideo non sunt duo efficientes 1i, quia neuter esset 1us in causando; sed si essent duae formae, l, duo actus 1i specie distincti, neuter esset 1us in actuando: ergo etc.

Probatur minor: deinde,

actuaret est forma B, l, a forma A, l, ab utraque simul: non a forma A, quia non est major ratio, quod ab illa potius, quam a forma B, idem dicitur de forma B; non ab utraque simul, quia hic idem effectus 1o actuandi proveniret a duplici causa totali: ergo etc. — dices: si actuaret a forma A, prius quam forma B non esset 1us actus, idem quae de forma B. Ergo etc. — Probatur 2o praedicata nostri: ideo per nos non sunt duo efficientes 1i, quia per nostros necessarium materiae 1ae, quia unus efficiens est sufficiens, sicut una materia 1a in specie ad omnem mutationem; sed unus actus 1us etiam est sufficiens

Ergo &c. Probo minorem: ille actus est sufficiens, qui est capax actuandi potentialitatem materiae;

sed unus actus primus est capax actuandi, et sufficiens ad potentialitatem materiae, quia quaelibet

forma est actus adaequatus: Ergo &c. — Aliter probatur argumentum: non sunt duo efficientes primi nu-

mero distincti: Ergo nec duae materiae numero distinctae; consequens est falsum: Ergo nec ... nu-

mero distincti: Ergo ... — Aliter: non sunt possibiles duo efficientes primi: Ergo nec sunt possibiles duae materiae

diversae speciei; sed consequens est falsum: Ergo &c.

Ad hoc difficile argumentum respondet ipsam majorem neg-

ando minorem; ad probationem negat majorem, et consequentiam probationis ipsius; ad ipsius probationem negat minorem, et

ad probationem ipsius dico, quod hoc, quod est actuari a forma A potius quam a forma B pendet

ab agente extrinseco, qui prius intendit introducere formam A quam B, et idem quando contra-

riis de forma ligni, cur potius illa forma fuit introducta in materia, quam forma alia; et ita

actuaretur a forma A, vel a forma B, si enim prius forma A introduceretur in materia, forma

B jam non esset prima ordine introductionis, quod non inconvenit; quia esset actus secundus ordine intro-

ductionis non est de essentia formae substantialis; esset autem actus primus dans materiae esse sim-

pliciter in ordine ad ponendum aliud positum, quod est de ipsius essentia

Si autem ab utraque

simul informaretur (quod quidem opinabile est inter Scholasticos) quaelibet esset actus primus materiae dans esse sim-

pliciter in ordine ad distinctum positum, non vero ad unum; ibique erunt duae informationes, et

non idem effectus formalis a duplici causa productus; ordine autem introductionis nulla esset prima, et in hac

... ordine esse secundum non est de essentia formae; nam in nostra sententia prius materia habet formam corporeitatis

... ordine esse secundum ... quod si esset de illius essentia, nulla praeter formam in secundum mundi creatione ... corporei-

tatis. ... tas esset forma substantialis, quod nullus dixit, immo nec somniavit.

Ad secundam ... probationem negatur

minor; ad probationem omissa majori, et supposito ipsius, negatur minor, et implicita probatio, quia

nulla forma satiat appetitum materiae, nisi det actum oppositum priori omnium et nulla

forma hoc dat, quia requireret, quod haberet omnes formas, saltem virtualiter, sicque esset infini-

ta ... et dato argumento alio modo efformato respondeo, paritatem in omnibus non tenere, quia quod in omnibus

... simile, idem exit, et non exemplum, ut inquit ... Paritas ergo currit in illa sola ratione

posita in majori, et disparitas stat in hoc, quod una numero materia non est sufficiens ad omnia composita

immediate facta: si ... distinguit omne: Ergo et materia ...

Ad ultimum dico, argumentum

Dirimere de possibili, qd quidem probabile est, et in doctrina D. nos autem illud assumimus ad probandam unitatem mae de facto, et eam quaestionem investigamus. Sed si quaeras disparitatem inter efficientem, et mam respectu formae. Dico, qd ratione formae est constituere unum compositum distinctum ab alio; si enim sola una forma speciei daretur, inveniretur in toto universo; sol unus, ast, et equus, solo numero differre, qd absurdissimum est, at composita specie diversa sufficit una materia numero distincta, et non alia ratione, nisi quia haec est potentia, illa vero actus; potentia est perfectibilis per quamlibet formam; at una forma non perficit totam potentialitatem mae absolutam.

Arguit 2° authoritate D. Augustini 13 confessionum C.33 ubi ita ait: non enim aliud sit species, et terrae mae, aliud Coeli, et terrae species: Ergo &. Respondetur ex doctrina D.s lib. de rerum principiis quaest. 8°, art. 3°, et 4°: mam aliquam esse 1° tam, aliquam 2° tam, et aliquam 3° tam. Mam 1° tam explicat D.s quam communiter dicimus tamquam subiectum substantiale receptivum formarum substantialium. 2° tam; mam cum aliqua forma substantiali. Et 3° tam mam cujuscumque actio, et cujuslibet agentis naturalis propter rationes, quas apud Dm ibi videri possunt. Supposita hac differentia, dico cum D.e ibi, n. 31 mam 2° tam Coeli, et terrae specie differre, quia formae coeli, et terrae a quibus haec diversitas specifica desumitur specie differunt: mam vero 1° tam coeli, et terrae esse unam, unitate specifica tali mae intrinseca.

Arguit 3° ex Arist., 8° met., teste 2° dicente:
» in aliquibus coelis, non est materia, non est talis, qualis in rebus caducis, et 1° de generatione, C.6°,
» sic fatur: ea quae mutuo aguntur, et pati non possunt non habent eandem mam; sed corpora coelestia, et sublunaria non agunt, nec patiuntur ad invicem, siquidem corpus coeleste non agit in sublunare, nec ab eo patitur, nec e contra. Ergo &.

Confirmat ex eodem Arist.: corruptibile, et incorruptibile specie differunt; sed corpus sublunare est corruptibile; coeleste vero incorruptibile, ut patet in Psalmo 148, versu 6, ubi dicit: statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: Ergo &.
Respondetur 1° qd Arist. judicavit coelum esse ab aeterno sicque non mirum, qd coelis concedit aliquam 1, nullam mam. 2° respondetur loqui de mae 2° primae, seu accepta forma coelesti, in quo sensu fatetur distingui specie a sublunari, non ratione sui, sed ratione formae coelestis ex eo qd talis forma non habet qualitates disponentes ad corruptionem. = Ad textum de 1° de anima, illo sensu, distinguit m.or non agunt, nec patiuntur actualiter, concedo; aptitudinaliter nego.

Licet actualiter non det agens, post creari à Deo, licet ipse Deus possit minorem formam cum materia celesti dissolvere. Unde licet de facto non detur mutua actio, et passio, datur tamen aptitudinaliter. — Ad Firmamentum dicitur, celum esse solum ab extrinseco incorruptibile; non vero ab intrinseco; neque ex illo saltem alia incorruptibilitas demonstrat, nam si verba in eternum indicarent incorruptibilitatem ab intrinseco, etiam terra ita esset incorruptibilis, cum de ipsa per Ecclesiasten, C. 1°, versu 4°, etiam dicatur in eternum stare per haec verba: generatio preterit, generatio advenit: terra autem in eternum stat.

Arguitur 3°: cuilibet potentie passive naturali correspondet potentia activa naturalis: Ergo si forma celi possit corrumpi, datur agens naturale potens illam corrumpere. — Item: id cujus principia sunt incorruptibilia, est incorruptibile; sed materia, et forma celestis sunt incorruptibilia: Ergo et celum. — Ad argumentum dico, quod non cuilibet potentie passive naturali correspondet potentia activa naturalis, ut patet in cęco. Ad aliud nego maiorem, et ruit totum. Retorqueturque in homine, cujus principia, materia scilicet, et (anima) rationalis sunt incorruptibilia, cum tamen ipse corruptibilis sit.

Arguitur 4°: ideo materia celestis, et sublunaris sunt ejusdem infime speciei, quia sicut sublunaris est indifferens ad omnes formas, ita celestis; sed hoc est falsum: Ergo etc. Probo minorem: forma celestis tollit indifferentiam materie: Ergo etc. Respondeo: negando antecedentis: ideo forma celestis non tolleret indifferentiam materie, quia est extrinseca ipsi materie; sed hoc non probat: Ergo etc. Probo minorem: licet premotio physica Thomistarum sit extrinseca voluntati, tollit juxta Scotistas indifferentiam, et libertatem voluntatis: Ergo a simili.

Respondetur 1°: negando minorem, et antecedentis probationis, ad cujus probationem nego minorem, ad cujus probationem nego suppositum antis, scilicet, dari physicam premotionem. — 2°: Concesso ultimo anti, nego Consequentiam. Est enim disparitas; quia ablatio premotionis est impedimentum, et voluntas remaneat libera ad operandum, cum juxta Thomistas sit indispensabile requisitum ad operandum; ablatio vero forme non est impedimentum, imo est impedimentum, ut possit materia esse in alio composito. Talis enim juxta Thomistas, premotio est necessaria ad operandum, quod sine illa operari non possit, et hoc est, quod dicitur illa sine premotione verificari.

Questio 3ª

An materia celestis habeat propriam existentiam distinctam ab existentia forme? §1us Sententia D. S. ponitur, et probatur.

Pro hujus celebris questionis intelligentia suppono 1° cum D. S. in 9° met., quest. 1ª, § hic ... potentia, prout ad presens attinet, est 3plex: Logica, seu objectiva, ... dendum, aliis que in locis, quod potentia, ...

metaphica, et phica. Potentia obiectiva ē illa, p qua aliquid intelligitr in potentia ad existendū. Unde Lª. S.ª 9º mti, quest. 1ª, § ex pdictis, si illa spectat: a principio actuabile, seu detrahibili abacto, sive a principio actuali. Metaphica ē illa, p qua aliquid ē in linea metaphica potentiale, et actuabile per actū metaphicū: sic se habet ad ressp rationalitatis. Phica, seu subiectiva ē illa, p qua res aliqua posse intelligitr in esse, post receptionē actū phicū, nempe, formā, sive substantialē, sive accentalē.

Cuilibet autē ex his potentijs pprius actus correspondet. Potentiæ logæ, seu obiectivæ actus entitativus, seu existentia. Potentiæ metaphicæ actus metaphicus detrahibilis. Potentiæ denique phicæ, seu subiectivæ actus phicus informativus, jā substantialis, jā accentalis juxta divisiones potentiæ phicæ; cū hac tamē differentia, qd potentia metaphica manet simul cū suo actu metaphico, similiterque potentia phica; potentia vero obiectiva nō simul manet cū suo actu entitativo, nā adveniente existentia, perijt potentia obiectiva, qua res desinit esse posibilis, et incipit esse actualis.

Loquendo de actibus, metaphico, et phico duo devemus habere tāquā certa. Iᵘᵐ ē qd materia nullū includit actū phicū, consequentr quæ ē potentia phica, aliâs si talē actū includeret, desineret esse subiectū phicū, et simplex. 2ᵘᵐ, qd materia habet pprium actū metaphicū: constat enī genere, et differentia; definitur quæ: substantia incompleta potentialis. Ita oēs Scotistæ, et plures ex Thomistis, quos sequitr Illᵐᵘˢ Palanco. Quæstio ergo devolvitr ad solā existentiā.

Et quidē fere oēs Authores, ut dīt locus quæstiōis existimant concedendū esse Thomistis, aut permittendū, essentiā realiter distingui ab existentia: si enī inquiunt, essentia ē idē cū existentia, ut docent Scotistæ, cū materia habeat ppriā essentiā, absq dubio etiā habebit ppriā existentiā. Sed neutrū reputamus verū; quia ut quæstio locū habeat, nō ē opus admittere distinctionē realē essentiæ ab existentia; sed satis ē ā tali distinctione, identitate præscindere.

Ubis declaratis in hac difficultate duplex versatr opposita sententia. 1ª ē Thomistarū negantiū materiā hīe ppriā existentiā. 2ª Scotistarū firmiter cū Scoto sustinentiū: materiā hīe ppriā existentiā ex se, et priori ad formā, distinctā quē ab existentia formæ. Hæc ē nostra Pª. Pbatur 1º ratione Scoti: materia 1ª supponit existens ante formā: Ergo nō existit per existentiā formæ, sed per ppriā existentiā. Pbatur ant., oīs causa phica existit priori saltē natura, ad suū effectū; sed materia 1ª ē causa phica formæ materialis:

hęc enim in illa recipit, et ab ea educit: Ergo &c. R. 2º Resp. per: si materia 1ª non haberet propriam

existentiam distinctam ab existentia formę, esset generabilis, et corruptibilis, quia de novo produceretur, et corrumperetur à causa 2ª; sed hoc est falsum: Ergo &c. Probatur minor: tunc res produciť a causa 2ª, quando ab illa recipit existentiam, et tunc destruiť, quando eius existentia destruiť; sed si materia 1ª existeret per existentiam formę acciperet existentiam à causa 2ª, dum produceret formam, et illam dependeret dum destrueret formam: Ergo &c.

Confirmatur: si materia existeret per existentiam formę, toties amitteret existentiam, quoties amittit formam, et toties reciperet existentiam, quoties novam formam recipit; sed sic accipere existentiam est generari, et sic amittere, est corrumpi: Ergo &c. — Ratio 3º Resp.: actio productiva causę realis habet pro termino aliquid reale existens; sed materia 1ª producit per actionem diversam causę realis ab ea qua producit forma: Ergo &c. Minor patet; quia diversarum actionum diversi sunt termini. Illa non est, quod patet, nam materia creatur, forma vero educit. Solutiones, et instantias Thomistarum videte rejectas apud nostros Schotistas.

§. 2us Argumenta contrariorum solbuntur.

Arguitur 1º: ex materia, et forma substantiali fit unum per se compositum; sed ex materia, et forma propriis existentiis existentibus non potest fieri unum per se substantiale: Ergo materia non habet propriam existentiam. Probatur minor: materia existens propria existentia, et similiter forma sunt plura entia in actu; sed ex pluribus entibus in actu nequit fieri unum per se: Ergo &c. — Negatur minor, et minoris probationis distinguitur: ex pluribus entibus in actu existentiali nequit fieri unum per se, nego; in actu formali subdistinguo: completo, concedo; incompleto, nego.

Ad unum per se constituendum, tria desiderantur, nempe, quod partes sint entia essentialiter incompleta; quod pertineant ad idem prędicamentum; et quod inter se sint ordinatę, ut per se actus, et per se potentia; quod totum convenit materię, et formę, quę bis unaquęque habeat propriam existentiam, quia potentia subjectiva non opponitur actui entitativo, seu existentiali; sed solum actui formali. Illa ergo existens per propriam existentiam est in actu existentiali, et in potentia subjectiva. Plura replicant Thomistę ad hanc solutionem.

1º Ens in actu completo non est ordinabile ad faciendum unum per se; sed si materia 1ª habet propriam existentiam, est ens in actu completo: Ergo &c. Probant minorem

ens quod ad sui existentiam non indiget alio a se distincto, est ens completum; sed materia prima, si gaudet propria existentia, non indiget alio a se distincto ad existendum: Ergo est ens completum. = Retorqueo replicam: forma existit propria existentia: Ergo non indiget alio ad existendum: Ergo est ens completum, et inordinata ad constituendum unum per se. Respondeant Thomistae, et nos respondebimus.

Respondeo distinguendo minorem, et majorem probationis, quia ratio entis completi, non stat in eo quod indigeat alio a se distincto, vel non indigeat ad existendum; sed in eo quod non sit actus primus, vel potentia ordinata ad constituendum unum in specie completum; hoc habent materia prima, et forma, quamvis quaelibet habeat propriam existentiam. = Replicant 2°: existentia est ultimus actus in linea entis; forma vero est actus primus; sed implicat habere actum ultimum ante primum: Ergo etc. Confirmatur materia existens est constituta in actu ultimo; sed constitutum in actu ultimo non est ordinabile ad ulteriorem actum: Ergo materia existens non est ordinabilis ad formam.

Respondeo, quod existentia est actus primus potentiae objectivae, et est actus ultimus de linea entis, non utcumque, sed in quantum immediate opponitur nihilo, quapropter existentia materiae reddit illam ejus ultimo positam extra nihilum sui, seu extra potentiam objectivam, unde ad hoc non est ordinabilis materia respectu alterius actus: Cum hoc tamen cohaeret, quod sit ulterius actuabilis in linea entis physici completi; sicut ultima differentia specifica est ulterius actuabilis in linea individuali, v.g. Rationalitas per Petreitatem.

In forma nego majorem; quia non existentia, sed subsistentia est ultimus actus in linea entis. Ea tamen permisso, distinguo majorem: existentia est ultimus actus in linea entis, ut opponitur nihilo, et excludit potentiam objectivam, concedo; in linea entis absoluti, seu prout excludit potentiam subjectivam, nego. Et ad confirmationem distinguo majorem: materia existens est constituta in ultimo actu metaphysico existentiali, et correspondente potentiae objectivae, concedo; in ultimo actu physico, et correspondente potentiae subjectivae, nego. Et iisdem terminis consequentiam distinguo. Tantum enim sequitur, quod materia non sit actuabilis per aliam existentiam, quae ipsam constituat extra nihilum sui, seu extra potentiam objectivam; non tamen quod sit inordinabilis ad actum physicum, seu formam.

Replicant 3° nequit una existentia esse in potentia ad aliam: Ergo si materia habet propriam existentiam nequit esse in potentia ad formam. Confirmatur: si existentia materiae esset in potentia ad existentiam formae, existentia materiae existeret per existentiam formae; sed implicat unam existentiam reddi existentem per

aliq. Ergo &c. — 2º repugnat quod una quantitas reddat quanta per aliquam quantitatem, et repugnat quod una forma physica sit [illegible] per aliquam, et quod una differentia [illegible] per aliquam [illegible]: ergo quod una existentia per aliquam actuet, et existat.

Respondeo haec omnia [illegible] [illegible] quod ut diximus, in linea in qua existentia [illegible], [illegible] esse [illegible] ad [illegible] [illegible] existentia, [illegible] existentiis formae, ut per ipsas reddat existens, [illegible] extra nihil, aut extra potentiam obiectivam; nec tamen [illegible] in alia linea. Sed quod [illegible] sit ab [illegible], [illegible] deducit ex nostra sententia, existentiam materiae esse impotentem ad [illegible] existentiam formae; hoc absolute est falsum: neque enim existentia materiae recipit formam, nec est subiectum formae; sed solum materia existens [illegible] ad recipiendam formam, [illegible] existat ipsa, sed ut faciat existere [illegible]: qua doctrina reliquis resolve.

Arguitur 2º: materia prima est pura potentia; sed pura potentia nullum actum includit: ergo &c. — Distinguo maiorem: materia prima est pura potentia subiectiva, concedo; obiectiva, nego, et distinguo minorem: [illegible] actum [illegible], seu formalem includit, concedo; metaphysicum, et existentialem, nego. Replicabis: sic se habet materia ad potentiam, ut forma ad actum; sed forma talis est actus ut excludat omnem potentiam, non solum obiectivam, sed etiam subiectivam: ergo materia ita est pura potentia, ut excludat omnem actum, non solum formalem, sed etiam existentialem.

Respondeo distinguendo maiorem: sic se habet materia ad potentiam subiectivam, ut forma ad actum formalem, concedo; ad potentiam obiectivam, ut forma ad actum existentialem, nego. Paritas solum stat in hoc, quod sicut forma nihil habet de linea potentiae subiectivae, ita materia nihil habet de linea actus formalis: [illegible] tamen tenet, [illegible], quod sit extra potentiam obiectivam, [illegible] forma; imo [illegible] formam antequam producatur [illegible] in potentia obiectiva: [illegible] forma, et ratione actus formalis excludit potentiam obiectivam, sed ratione existentiae.

Replicabis adhuc: quia Deus est purus actus excludit omnem potentialitatem: ergo quia materia est pura [illegible] excludit omnem potentialitatem. Nego [illegible]; quia Deus est purus actus in omni linea, et [illegible] [illegible] potentialitatem; at vero materia solum est pura potentia in linea potentiae subiectivae, et ideo solum excludit actum correspondentem potentiae subiectivae, nempe actum formalem. Dices: datur purus actus in omni linea: ergo et pura potentia in omni linea; talis autem erit materia, quae est imperfectissima et prope nihil. Nego [illegible]: non repugnat dari in rerum natura potentiam quae [illegible] [illegible] actum metaphysicum existentiae; talis enim potentia non solum esset prope nihil, sed [illegible]

Arguit denique: maa 1a includit potentiam ut sic; sed potentia ut sic scludit actum ut sic: ergo maa 1a scludit actum ut sic; sed non datur actus particularis sine ratione actus in communi: Ergo maa 1a scludit omnem actum; maxime quia quod scludit aliquod genus, scludit omnes species illius generis. 1a maior patet, quia maa 1a est aliqua potentia; sed omnis potentia includit potentiam ut sic: Ergo

Respondeo distinguendo minorem: potentia ut sic scludit actum ut sic, quoad non esse illum, transeat; quoad non esse cum illo, nego. Unde non opponit in maa 1a ratio actus ut sic, cum ratione potentiae ut sic: patet in hoc exemplo: rationale includit differentiam ut sic; sed differentia ut sic excludit genus: Ergo rationale excludit etiam genus. Atque non tenet, quatenus probat differentiam non esse formaliter genus, non autem scludit differentiam non posse esse in eadem specie simul cum genere; immo in eadem specie alis est simul genus, et differentia.

Quaestio 4a

An maa 1a possit existere separata ab omni forma?

§ Ius

Aliquibus suppositis sententia Schola propugnatur.

Suppono 1o quaestionem procedere attenta potentia Dei absoluta, nam de potentia ordinaria, seu naturaliter maam non posse existere sine forma est communi phorum placitum. Ratio hujus desumitur ex conditione, ordine universi, in quantum ab Auctore naturae institutum est, ut agentia naturalia non corrumpant unam formam, quin aliam introducant, saltem in non viventibus. Ex quo permanavit illud

» ploquium: generatio unius est corruptio alterius; nam agens naturale non intendit per se destruc-

» tionem alicujus substantiae; quia natura nunquam ad malum intendens operatur: unde generationem intendit per se, per accidens vero corruptionem.

Suppono 2o, quod potentia, quod ad praesens attinet, est duplex; ordinaria, et absoluta. Ista differentia assignatur a D. S. in 1o dist,

» 44, quaest. unica, dicente: quod potentia ordinata est principium exequendi aliqua conformiter

» legi rectae, et secundum ordinem praefixum ab ipsa lege. Potentia vero absoluta est principium exequendi aliqua praeter legem rectam, aut contra legem rectam, et ordinem praefixum ab eo. Cum ergo Deus de potentia absoluta operatur dicitur miraculose operari, et supernaliter; sicut quando operatur de potentia ordinaria dicitur naturaliter operari.

Suppono 3o: quod dependentia unius ab alio impli-

tendo ẽ 2plex: una esentialis, realis que alia. Illud dependet ab alio dependentia esentiali, cujus esse, fieri, et conservari repugnat sine illius concursu à quo dependet, ut materia à re modificata, relatio à fundamento, et passio ab esentia: ex quo sequitur, quod nec Deus suplere posit dependentiam esentialem earum; quia contradictionem involvit. Illud dependet ab alio dependentia reali, quod juxta exigentiam realem, et ejus habitudinem ad causas reales realiter operantes, requirit produci, aut conservari ex eo quod non sine illo; ut accens à subiecto quia attenta reali exigentia accentis, nulla causa realis realiter operando efficere posit ut accens sine subiecto existat, licet Deus posit attenta sua absoluta potentia, ut patet in accentibus eucharistiæ.

Quæritur ergo modo, an dependentia materiæ à forma sit esentialis, vel realis tantum? Sit esentialis, ergo nec materia per divinam potentiam exsistere absque forma. Et hoc id asserit D. Thomas 1ª parte, quæst 67, art 1º quem sequuntur Thomistæ, excepto Soto, et Bañes, qui rationibus Scoti convicti a secta patrum in hac re suæ et angelici Præceptoris desierunt. Si autem dependentia materiæ à forma ẽ realis, poterit utique supernaturaliter exsistere sine forma. Ita docet N. D. S. in 2º, dist 12, quæst 2ª — Idem docet Mastrio; quamvis substineat materiam exsistere per existentiam formæ, ut trimus ergo.

Materiam posse divinitus exsistere separatam ab omni forma. Probatur 1º ratione D. Scoti omne absolutum realiter distinctum, et prius alio absoluto, potest sine contradictione exsistere sine illo; sed materia ẽ quid absolutum, distinctum realiter, et prius quacumque forma: ergo potest sine contradictione exsistere separata ab omni forma; sed quidquid contradictionem non implicat à potentia Dei ẽ conservandum: ergo etc. Majorem declarat, et probat D. sic: absolutum, ut absolutum non dicit relationem ad aliud absolutum posterius, et quia prius non excludit prioritatem originis, quæ includit necessariam simultatem; sed ut absolutum excludens relationem seu ordinem necessarium, et simultaneum ad aliud absolutum posterius, non habet necessariam connexionem cum illo posteriori: ergo etc. absolutum etc.

Quod autem materia sit quid absolutum, demonstrat D. sic: quod facit compositionem realem, et absolutam, ẽ quid absolutum; sed materia cum forma facit compositionem realem, et absolutam, nempe, compositum substantiale: ergo etc. Minor satis ẽ manifesta; nam cum materia, et forma conficiunt compositum exhibendo suas entitates, si essent quid relativum, necessario resultaret compositio relativa. Ergo.

Quod autem materia sit prior forma (verba sunt D.) saltem natura, et origine, patet, quia

ē respectivus formæ, et fundamentum ejus; sed respectivus, et fundamentum formæ ē prius forma: Ergo.

Probatur 2º 3º ratione: magis dependet accidens à subjecto, quam materia, à forma; sed potest Deus conservare accidens absque subjecto: Ergo et materia sine forma. Illi maior patet in accidentibus extra unionem sit. Illam negant Thomistæ, quia accidens ē ultima actus, ideoque immediate absque subjecto potest recipere existentiam; at vero materia cum sit pura potentia in linea entis, deccurata que totum ab actu 1º, quam à 2º, nec de potentia Dei absoluta potest recipere actum 2m, nisi prius habeat actum prius, qui ē forma. — Sed contra 1º: materia 1ª potest naturaliter esse sine quacumque forma substantiali distributive accepta; accidens vero nequit esse naturaliter sine subjecto determinato.

Contra 2º: materia potest naturaliter denudari una forma, et alia indui; accidens vero nequit naturaliter transire de uno subjecto, in alio: Ergo signum ē quod magis dependet accidens à subjecto, quam materia à forma. — Confirmatur quidquid Deus absolute facit in creaturis mediante causa 2ª, potest se solo facere absque tali causa, dummodo hæc non sit de essentia causati; sed forma, quæ ē causa formalis intrinseca materiæ non ē de essentia illius; Ergo potest Deus se solo facere, quod materia existat absque eo quod forma intercedat. Plura alia brevitatis causa omitto, in auctoribus videnda

§ 2ᵘˢ
Argumenta Thomistarum solvuntur.

Arguitur 1º: contradictio ē materiam esse sine forma: Ergo nec de posse Dei absoluto potest sine forma existere. Probatur Antecedens: materiam esse in actu, et non esse in actu, ē contradictio; sed hoc sequeretur ex eo quod materia existeret absque forma: Ergo. Respondetur negando minorem: esset in actu, quia haberet existentiam, et non esset, quia esset sine forma: Ergo a utrumque quo ad utramque partem constat, quia à forma ē omnis actus 1ᵘˢ. — Confirmatur 1º: hæc materia 1ª existeret, ut supponit, et non existeret: Ergo ē implicatio. Probatur antecedens quo ad 2am partem: existentia supponit essentiam specificam, cum sit ultimus actus in linea essendi, et post individuationem; sed hæc materia non haberet esse specificum, cum hoc habeat à forma: Ergo.

Confirmatur 2º: implicat, quod aliquid existat à parte rei quin sit sub aliqua determinata specie; sed materia absque forma in nulla determinata specie esset: Ergo. Respondetur negando minorem: materia determinatur per formam ad hanc, vel illam speciem: Ergo. — Ad argumentum negatur antecedens: ad probationem minorem distinguo esse omnino in actu, et non esse in actu ejusdem lineæ, nego, diversæ lineæ, concedo; et sic ad reliquum. Si materia esset in actu entitativo existentiali, non autem in actu informativo, quod non involvit contradictionem, cum sit in diversa linea.

Ad 1am confirmationem distinguitur maior: existentia est ultimus actus post individuationem, sive entitatis completae, sive incompletae physicae, concedo; praecise ex parte entitatis completae, nego. Materia enim independenter a forma habet suam entitatem specificam incompletam, et specie distinctam a forma, consequenter quae habet suam individuationem, et ipsi sic individuatae competit actus entitativus, quia materia ulterius non trahitur ad esse specificum sive intrinsecum, sed tantum extrinsecum formarum: unde materia intrinsece prius ad formam est substantia incompleta individua, et existens, ut postea possit formam recipere. Ex hac ergo doctrina soluta manet 2a confirmatio.

Sed replicabis: si materia existat absque forma substantiali, non habebit esse substantiale: ergo cum non habeat esse accidentale, nullum esse habebit. Probatur antecedens: absque forma accidentali nequit haberi esse accidentale: ergo similiter. Item: absque forma artificiali nequit haberi esse artificiale: ergo etc. = Nego antecedens, et consequentiam antecedentis probationis, nego paritatem. Disparitas est, quia forma accidentalis, quaecumque illa sit, petit inhaerere, et informare subiectum; unde constituit subiectum per modum actus; propterea quod absque hac forma accidentali nullum daretur esse accidentale; at ens substantiale adaequate dividitur in materiam, formam, et compositum, et de quocumque verificatur esse substantiale; alias materia, quae est realiter distincta a forma, non esset substantia, quod falsum est, quia unicam formam ad unum per se substantiale constituendum. Ratio disparitatis pro forma artificiali eadem est, quia in hac linea totum esse artificiale provenit a forma, non vero in linea substantiali.

Arguitur 2o contra probationem. Divina essentia singularis est quid absolutum, divinis realiter quae distinctum a qualibet subsistentia, quae etiam quid absolutum est, sed natura singularis nec supernaturaliter potest esse sine omni subsistentia: ergo nec materia sine omni forma. = 2o materia, et forma unitae sunt priores composito, distinctae quae realiter ab illo, et inter se, quae tamen sunt quid absolutum; sed materia, et forma unitae [struck: fuit] nequeunt conservari sine toto: ergo. = 3o quantitas est entitas absoluta distincta quae realiter a qualibet figura; sed nec divinitus potest ab omni figura separari: ergo etc.

Respondeo ad 1um negando maiorem; quia in nostra sententia natura realiter identificatur cum personalitate. Ad 2um distinguo maiorem: materia, et forma unitae, secundum se sumptae, sunt priores toto, et quid absolutum, concedo; ut unitae, nego. Uxor enim secundum se est quid absolutum, et potest existere sine Filio; at vero ut est pater, non est quid absolutum, sed relativum, nequitque esse sine Filio. Idem dicimus de materia, et forma unitis respective

Ad 3um: falsum est, quantitatem non posse a figura separari, maxime si loquamur de figura extrinseca, cum possit quantitas ad punctum reduci, ut patet in quantitate corporis Christi Domini in Eucharistia. Si autem loquamur de figura intrinseca, haec non est quid absolutum, sed relativum, cum sit ordo partium inter se; quare non urget argumentum, cum loquatur de absolutis, priori, et posteriori realiter distinctis.

Arguitur ultimo: forma est causa formalis materiae: Ergo materia est effectus formalis formae; sed effectus formalis non potest dari sine forma: Ergo etc. Probatur minor: quia effectus formalis nec distinguitur a forma, nec potest divinitus suppleri. Ergo etc. = Distinguo antecedens: forma est causa formalis extrinseca materiae, concedo; intrinseca, nego suppositum, quod scilicet materia sit composita. Et distinguo consequens: materia reduplicative ut informata, est effectus formalis formae, concedo; specificative, nego. Certum est quod subjectum ut informatum non potest esse sine forma, nam habet effectum formalem formae, quod est ipsa forma communicata subjecto; at cum materia entitative sumpta nihil includat de ratione formae, potest esse sine illa.

§ 3us

Aliqua dubia ad intelligentiam materiae solbit.

Dubitabis 1o: in quo formaliter consistat materia 1a? Ad cujus intelligentiam notandum, quod materia non solum habet potentiam receptivam formarum, sed etiam circa formas materiales, tam substantiales, quam accidentales duplex munus exercet; scilicet, et illas in se recipit, (quod etiam habet respectu formae spiritualis, scilicet animae rationalis) et illas substentat (quod non exercet erga spiritualem) hoc notato sit conclusio: Constitutivum formale materiae est radicalis potentia ad formas, ipsa vero potentia formaliter sumpta est ejus passio. Quo ad 1am partem patet; quia est quod 1o intelligitur in materia 1a, et quod 1o ab omnibus non illa distinguit. Quo ad 2am etiam constat, quia talis potentia convenit materiae omni, soli, et semper.

Dubitabis 2o: quotuplex sit potentia materiae? Supponimus, potentiam radicalem, per quam materia, ut mox diximus, constitui, esse unicam; unde dubium est de potentia formali, quae est ejus passio. Ista ergo est duplex: remota, et universalis una; proxima, et particularis alia. 1a est illa per quam materia recipit universaliter omnes formas, praescindendo a dispositionibus, quibus determinatur potius ad hanc quam ad illam. 2a est, qua materia per aliquas dispositiones determinatur ad unam formam prae alia. Sit conclusio: Potentia remota, et universalis materiae est unica; proxima vero, et particularis totuplex est quot formae. Est Doctoris Subtilis in 4o, dist 33a, quaest 3a, contra Thomistas.

Probatur 1a pars: unica ...

bilitas sufficit ad oēs actus videndi, unicus intus ad oēs intellectiones, unica voluntas ad oes voliones, et noliones: Ergo ā simili. = Pb. 2ª pars: potentia prima, et particularis mat. convenit ipsi quatenus per accentia dispont ad certam formam, sed hujusmodi disponnes multiplicant per diversitatem formarum: aliæ enim sunt dispones ad formam aquæ, aliæ ad formam ignis, et sic de cæteris: Ergo &c.

Dubitabis 3º an potentia mat. ad formas sit nalis, violenta, vel neutra? Pro resolutione nota, quod potentia nalis ē illa, qua subjectum, seu passum naliter inclinat ad formam ut aqua ad frigiditatem: et ē 2plex: determinata, et indeterminata. 1ª ē, qua passum determinatè inclinat ad unam, v.g. potentia qua grave inclinat deorsum. 2ª ē, qua passum indeterminatè inclinat ad plura ut intus ad diversas intellectiones. Potentia violenta ē, quando forma ē contra nalem inclinationem subjecti, ut quando dicit grave ad esse sursum. Potentia neutra ē, quando subjectum nec inclinat in formam, nec in ejus oppositum, sed ad utrumque indifferenter se habet, ut dulcedo, ad esse in pariete: hoc supposito dico: potentia mat. ad recipiendas formas ē nalis indeterminata. Hæc probatione non indiget.

Sed notate, quod hæc potentia mat. vocat potentia nalis, quatenus forma habet rationem actus; et vocat apetitus, inquantum forma habet rationem boni convenientis, Apetitus enim ē quædam inclinatio in bonum conveniens; et ē 2plex: elicitus, scilicet, et innatus. 1us (qui proprie dicit apetitus) ē inclinatio ad bonum apprehensum; ut apetitus vitæ docibilitatis, innatus. Apetitus innatus, ē inclinatio nat. ad perfectionem sibi debitam, et naturalem, v.g. inclinatio lapidis in seplum. Apetitus elicitus vocat desiderium, quando bonum ē absens, et non possessum; et appellat gaudium quando contrarium evenit.

Hoc notato dico 1º: mat. 1ª apetit oēs formas substantiales apetitu innato: Pbatur: oes formas substantiales sunt perfectiones mat., ut pote determinativæ ipsius, ut ex illis componat species completas substantiæ, sive entis nalis. Ergo &c. Dico 2º: mat. 1ª habet apetitum desiderium ad formas, quas non habet, apetitus vero gaudium seu complacentiæ ad formas sub quibus actu quiescit. 1ª pars pbat: quælibet res desiderat suam perfectionem, et complementum; sed forma ē complementum, et perfectio mat.: Ergo &c. Pbatur 2ª pars: apetitus gaudium dat, quando possidet bonum antea desideratum; sed mat. quiescens sub forma ita se habet: Ergo &c.

Dico 3º: mat. magis apetit formas nobiliores minus in nobiliores, proindeque inequaliter. Ita D.r S.s in 1º dist 1ª, quæst 1ª, et alijs in locis. Pbatur: mat. apetit formas, inquantum per illas perficit,

sed magis perficit per formas perfectiores: Ergo etc. Dico 4.º materiam dari sub forma perfectiori adhuc appetitum imperfectioris. Ita D. Th. sup. citato. Et ratio: nulla forma satiat appetitum materiae, nisi in se contineat perfectiones omnium formarum; sed nulla datur forma ita perfecta: Ergo etc. Confirmatur: ideo dum materia est sub forma imperfectiori appetit perfectiorem, quia forma perfecta est perfectio materiae; sed etiam forma imperfecta est perfectio illius: Ergo etc.

Dico 5.º materiam desse appetit formas corruptas dum ipsarum substantiae, et quae formae sunt. Probatur: materia dum se ante ad alias formas corruptiones servabat appetitum naturalis in eas formas dum substantiae earum, et quae formae sunt; per corruptionem non variatur entitas intrinseca materiae, nec formarum, siquidem corruptio est quid extrinsecum, et contingens, tam formis, quam materiae: Ergo posita formarum corruptione materia fertur in illas dum earum entitatem, et quae formae sunt. Plura circa materiam brevitatis causa omitto, quae in etc. etc. videre potestis.

Distinctio 3.ª de Privatione.

Questio 1.ª an et quid sit privatio? Quae unica ea brevitate resolvit.

Privatio, quae est principium in fieri corporis naturalis, est posterior materia, prior quam forma, ideoque de illa tractamus. Utrum autem a parte rei detur, probatio non indiget, cum utique coecus sit a parte rei privatus visu, et materia informata forma ligni sit privata forma ignis. Sed nota quod quando diximus privationem dari a parte rei, ly a parte rei, non sumitur prout distinguitur contra positivo, sed ut opponitur figmento. Unde privatio rigorose non est ens reale positivum, nec privativum (nisi de nomine velis disputare) alias aegritudo diceretur sanitas privativa, et peccatum gratia privativa.

Privatio ergo sic definitur: est carentia formae in subiecto apto. Dicitur carentia, in quo convenit cum negatione; in subiecto apto, est differentia negationis, quia negatio est carentia formae in subiecto inepto, et negatio rationalitatis in lapide. Negatio extra genus nullum notat subiectum, ideoque per ly in subiecto distinguitur privatio ab illa; negatio vero in genere subiectum notat et ab illa distinguitur privatio per ly apto.

Sed notate, quod ut subiectum dicatur privatum forma, non sufficit quod illa pro instanti materiam antecedat, nam ad carentiam requiritur subiectum capax, et prius est quod aliquid sit, quam quod operetur, sive active, sive passive. Amplius, quia instans materiae idem est, ac creatio, seu materiae; sed sta dum sua creatione, et materia, neque forma, neque privatio perdiderit, alioquin per aliquam creationem obtineret. Ergo instans materiae ad privationem non sufficit. Et etiam quia si aliquo instanti temporis, esset in materia

formæ, et ejus privao, qd implicaons involvit. Atq. de privacione sufficiant.

Distinctio 4.a de forma substantiali.

Quæstio 1.a An quid, et quotuplex sit?

§ Unicus

Quæsitum resolves.

Forma multipliciter accipitur. Alia enim dicitur naturalis, ut forma ignis; alia artificialis, ut forma domus. Forma naturalis, alia dicitur substantialis, ut dicta forma ignis; alia accidentalis, ut quantitas, cæteraque accidentia. Forma substantialis alia dicitur assistens, ut angelus, seu intelligentia movens Cælos; alia informans, ut forma quælibet actuans materiam, et unum per se cum illa constituens. Atque alia dicitur spiritualis, ut anima rationalis; alia materialis, eo quod a materia dependeat, et hæ reducuntur ad quatuor gradus. In 1.o quidem infimo imperfectissimus, sunt formæ elementorum; in 2.o formæ mistorum inviventium; in 3.o formæ plantarum; et in 4.o formæ animalium.

Dari a parte rei formas substantiales spirituales a doctrina de fide. Dari etiam formas materiales substantiales, est communis consensus; et patet, quia si non darentur, res substantiales non differrent substantialiter, v.g. ignis et lignum; non enim differunt per materiam, quæ est ejusdem speciei in omnibus, neque per accidentia, quæ sunt extrinseca materiæ. Ergo. Item: quando aliquid substantialiter generatur, non adquirit tantum formam accidentalem, alias dum aqua transit ad esse calidum, substantialiter generaretur, quod non. Ergo. Forma substantialis sic fere communiter definitur: actus primarius materiæ unum per se cum ipsa constituere natus.

Colligitur ex 2.e plurali in locis. Dicitur actus, per quod cum forma accidentali convenit, et differt a materia, quæ est potentia. Dicitur primarius, per quod a forma accidentali differt, quæ est actus secundarius. Reliqua particula adhuc magis explicat differentiam ipsius a forma accidentali, quæ cum subiecto constituit unum per accidens. Circa illud primarius advertite, quod forma non dicitur talis, quia sit prior ordine introductionis in materiam, sed ut significat primum naturalitatis, seu dans esse simpliciter, quod præcedit naturaliter esse secundum quid. Unde licet anima rationalis adveniat post formam corporeitatis, est actus primus dans esse simpliciter, et complete; forma in communi, sic post dispositiones actus, quæ nec detrahat aliud sentiri modo essendi.

Quæstio Secunda

Utrum in viventibus præter animam detur forma substantialis corporeitatis?

§ 1us

Scholica sententia ra onibs phicis stabilit.

Pro hujus celeberrimæ quæstis intelligentia supponendum est 1º: quod corpus est triplex: matematicum, seu quantum, metaphicum, et phicum: Corpus matematicum, seu quantum est quantitas tribus dimensionibus constitutæ, nempe, longitudine, latitudine, et profunditate. Corpus metaphicum, est genus corporis in serie prædicamentali repositum, et desumit a tota entitate compositi phici, et est quidam gradus superior metaphicus. Corpus denique phicum, quod etiam organicum (vi) appellatur, est altera pars compositi entis, quæ simul cum anima compositum vivens constituit, et de hoc in præsenti loquimur.

Modo non est dubium in compositis non viventibus non reperiri formam substantialem subordinatam, et distinctam a forma specifica; et est ratio, quia in his compositis, v.g. in ferro, et lapide non reperitur illa organisatio partium, quæ apparet in viventibus, et requiritur ad operationes vitales exercendas. Unde cum inanimata istas diversas oppositiones habeant, ideo forma corporeitatis istis deneganda, et solis viventibus concedit.

His notatis:

Doctor N. S.[us] in 4º, dist 11º, quæst 3º, singulari, ac solita subtilitate astruit in viventibus formam substantialem corporeitatis ab anima distinctam, et illi subordinatam, quæ constituat corpus organicum, ut primum subjectum receptivum animæ. Hanc sententiam sequuti sunt omnes Scotistæ, et plures Thomistæ. At vero Enricus Gandavensis, et Dr Resolutus, quorum Discipuli sequuntur in arboribus, et Brutis formam corporeitatis necessariam esse negant; ipsam tamen in homine admittunt. Denique Thomistæ, et Ægidiani formam substantialem corporeitatis ab anima distinctam in universo negant, et diversimode, corpus organicum constituunt.

Nobis tamen sententia Scoti omnino placet: Et probatur 1º ratione deducta ex Arist., 2º de anima, c. 2º, sic animam definiente: anima est actus corporis phici organici potentia vitam habentis: Ergo supponit corpus organicum prius actu, in genere phico constitutum in ratione talis et pars proxime animam recipere, neque sic: Corpus organicum est pars substantialis viventis est aliquid substantiale, et non sola materia; alias in composito esset corpus organicum: Ergo corpus constituatur aliqua forma substantiali; sed non anima, quia sequitur const-

tutum proprium ad ipsum: ergo constituit forma corporeitatis ab anima distincta.

Respondent Tho-

mistae, quod anima est actus constitutivus corporis, non informativus; et sic nequit supponere quod constituit: hocque modo intelligenda est definitio. Contra: anima est actus informativus alterius partis physicae cum qua unitur, et cui tribuit effectum viventis: ergo est actus informativus, minime vero constitutivus corporis. (sed corpus organicum est altera pars, cui anima unitur et tribuit effectum vivendi) Insuper: corpus est subiectum receptivum, et informabile ab anima; sed nulla forma constituit, sed potius supponit constitutum suum subiectum receptivum, et informabile: ergo etc.

Contra 3°: inepte diceretur album constare albo, et albedine, quia album includit albedinem: ergo si anima includeretur in corpore organico tamquam pars eius constitutiva, inepte, et lusorie diceretur, vivens constare corpore, et anima, immo in rigore non posset dici, constare corpore, sed esse corpus. Contra 4°: anima rationalis nequit ultimo dare esse corporeum: ergo saltem anima rationalis non est constitutiva corporis. Probatur antecedens: nulla forma praestat effectum, quem in se non habet; sed anima rationalis in se non habet corporeitatem, cum non sit corporea, sed spiritalis: ergo etc.

Respondent Thomistae, quod licet anima rationalis sit formaliter spiritalis est tamen corporea eminenter seu virtualiter, quod est sufficiens, ut constituat corpus. Sed contra: nulla forma continet virtualiter effectum sibi repugnantem, et oppositum; albedo enim non continet virtualiter nigredinem, nec esse nigrum: ergo nec anima rationalis continet virtualiter esse corporeum, cum non minus repugnet, et opponatur corporeum spiritali, quam album nigro. Contra 2°: etiam si anima rationalis esset virtualiter corporea, adhuc non posset constituere corpus per modum causae formalis: ergo etc. Probatur antecedens: etiam si forma Solis sit virtualiter calida non constituit Solem formaliter calidum: ergo similiter.

Et est ratio; quia forma in genere causae formalis solum praestat illud esse, quod in se formaliter continet; quia causa formalis causat per exhibitionem suae entitatis: unde idem est formam praestare esse subiecto, ac praestare se ipsam; sed ipsa anima non est formaliter corporea: ergo formaliter nec praestat subiecto esse formaliter corporeum. Nec dicant Thomistae, animam esse ut quo corporeum, et non ut quod; hoc enim est ludere verbis; quia animam esse ut quo corporeum, et non ut quod, est ipsam esse principium constitutivum corporis, quin ipsa non sit corporea; atqui hoc repugnat, ut probatum est. Ergo etc.

Alii Thomistae respondent nostram probationem, inquiunt enim: corpus organicum non constitui per animam, sed supponi constitutum proprium ad animae receptionem, at non idcirco constitui per aliam formam substantialem; quia corpus organicum nil aliud est quam materia tali collectione accidentium disposita, aut organizata; quae organizatio accidentalis

Consistit, inquiunt, in quantitate cum tali, vel tali temperamento qualitatum per diversas partes invenientis. Sed contra: corpus organicum est pars substantialis, et essentialis hominis: ergo constituit in esse organici per aliquid accidentale.

Contra 2°: caro, et nervus differunt specie essentiali: ergo possunt non cum solo temperamento accidentium hoc omnia constituere. Probatur ans: illa quae habent diversas proprietates vel diversas dispositiones permanentes, habent formas essentiales diversas; sed ita se habent caro, et nervus: ergo etc. Maior patet, nam idem colligimus aurum, plumbum, et lignum substantialiter differre. Probatur minor: maior diversitas datur inter membra, quae petunt temperamentum calidum, ut cor, et illa, quae frigidum, ut cerebrum, quam inter plumbum, et argentum, sed inter haec datur diversitas substantialis proveniens ab aliqua forma substantiali: ergo etc.

Confirmatur: diversa collectio accidentium supponit formam substantialem, quae illam determinate exigat, ac radicet: ergo si ante animam supponit corpus organicum cum determinata collectione accidentium, dabitur prius ratione ad animam aliqua forma substantialis, quae corpus constituat, illam quae collectionem accidentium exigat, ac radicet; alioquin sicut salvatur corpus organicum diversa collectione accidentium constitutum, ita salvabitur aurum, vel argentum cum sola accidentium collectione absque aliqua forma substantiali: vel ergo admittenda est in corpore organico forma substantialis corporeitatis, vel abneganda est ab omni corpore naturali, quod omnes Schola Peripatetica defendere.

Probatur 2° hominis: sicut diversa collectio accidentium requirit diversam formam substantialem, ut principium illorum radicativum, et exigitivum, ita eadem collectio accidentium eandem formam substantialem infert per eandem rationem; sed in mortuo homine datur eadem collectio accidentium, quae pertinent ad rationem corporis, ac in ipso vivo, et ante animam, in embrione: ergo in corpore hominis tam in statu embrionis, quam in statu vitae, vel mortis semper est eadem forma substantialis, sed non anima quia haec non informat corpus ante animationem, nec post mortem: ergo forma substantialis corporeitatis ab anima distincta.

Maior patet, quia non est alia ratio cur dicamus hoc, et illud esse lapidem, hoc, et illud esse plumbum, nisi quia videmus hunc lapidem habere eandem collectionem accidentium, quam habet aliud individuum quod vocamus lapidem; lapidem vero distinguimus a plumbo, quia in quolibet videmus diversam accidentium collectionem. Minor probatur: in corpore mortuo, quantum ad sensum pertinet idem cor, idem cerebrum, eadem ossa, ac in corpore vivo cum eisdem accidentibus permanentibus ad eius constitutionem, licet non cum eadem intensione, vel remissione requisita ad animam: in arbore est ipsa eadem viriditas, ac antea, eadem vitis inhaerebat;

idq ob accidentibus abentitijs, ut Sicatrices vulnerum, et alia similia: Ergo in corpore mortuo permanet eadem accentium collectio, ac in corpore vivo.

Sed respondent adversarij, quod corpus organicum ante animationem constituit forma embrionis, quae venit adveniente anima; anima vero constituit corpus tempore vitae; cum morte autem generatur nova forma cadaverica; accentia vero, quae aparent in his diversis statibus, non esse eadem sed similia; sed hoc est frustra multiplicare formas, cum per unam formam corporeitatis corpus organicum in quocumque statu valeat constitui. Atquid enim generatur forma embrionis cum adeo exquisita organisatione partium, si adveniente anima debet corrumpi, et alia organisatione similis speciei? aut quare forma cadaverica inducitur simili organisationi instructa, quae ad nil deserviet, sed statim perivit?

Contra 2°: dato, quod illa accentia non essent eadem, sed similia in corpore mortuo, ac vivo, non est in illo aliqua forma exigens talia similia accentia, nec causa aliqua potens illa causare: Ergo ruit responsio. Probatur antecedens: si esset aliqua forma illorum accentium radicativa, maxime cadaverica, sed haec nequit exigere similem collectionem accentium, accentia; Ergo etc. Probatur minor: forma cadaverica per vos in morte de novo genita est diversae speciei ab anima, in qua radicabantur per vos similia accentia; sed forma diversae speciei ab alia nequit exigere, aut radicare eadem, vel similem collectionem accentium: Ergo etc.

Confirmatur: nulla est necessitas, immo impossibilitas, ut ad formas disparatas, et contrarias subsequatur similis collectio accentium; sed tales sunt anima, et forma cadaveris, quia una est forma vitae, et alia mortis: Ergo etc. Confirmatur 2°; causa naturalis agit juxta exigentiam naturalem formarum; sed formae contrariae, ac disparatae non exigunt similem accentium collectionem: Ergo non datur causa naturalis talis collectionis accentium, si admittatur forma cadaverica.

Contra 3°: nulla est causa, a qua possit produci illa forma substantialis cadaverica: Ergo non datur. Probatur antecedens: vel haec est causa particularis, vel universalis; sed neutra est. Ergo etc. Probatur minor quoad primam partem; tum, quia causa particularis agit mediis dispositionibus, quas non potest inducere in repentina morte. Tum 2°; tum quia idem effectus non potest produci a qualibet causa; sed contingit occidi ab igne, aqua, aere, terra etc.: Ergo nisi illa forma cadaverica possit a qualibet indiscriminatim produci, nulla est causa particularis a qua producatur.

Sed nec a causa universali, quae erat 2ª pars minoris, produci posse, probatur: causa universalis agit mediis dispositionibus, quando supplet defectum causarum naturalium

particularis; sed ipso dispositiones quae insunt, nec praecedunt in vivo, sive in alio reperiuntur occasione [illegible] etc. relatione patet, in agente naturali supplente defectus caloris naturalis in generatione alicuius ex putri [illegible], vermis, aut ranae, in qua variis alterationibus, dispositionibus praeparatur materia ad inductionem formae animalis.

Deinde ostendit [illegible] non si alia forma inducitur nova ad obitum [illegible] Bruti, ut quid producunt ipsa accidentia, quae casu evenerunt morte [illegible], paulo ante, nempe vulnera, tumores, etc. Quid enim malefecit illa forma nova ut vulneretur? aut quis Deum necessitavit, ut sicut alius fuit vulnerator viventis, ipse sit vulnerator cadaveris? si magna fuit impietas, quod Longinus pectus corporis Christi iam mortui lancea confodere: [illegible] equo iure Deus impietatis arguerit, quia in sacro Christi cadavere vulnera manuum et pedum aperiret? quid enim sequitur ex forma cadaverica.

Et quid, rogo, permanent vulnera usque ad corruptionem formae cadaveris, aut quare nova uniformis cadaveris similia vulnera causat in cadavere, ac quae erant in corpore viventis? dicant adversarii: si [illegible] post tonsionem capitis moreretur quis esset robur, et diligens tonsor, qui caput cadaveris in instanti productionis totonderit? aut si arbore [illegible], quae in stipite carmina scripta habuerit, quis esset Poeta sito carmina scribens in stipite [illegible] ? aut ad quid illa carmina descripserit? certe haec omnia incredibilia sunt; et supponerent ut mysteria fidei, inter difficiliora locum haberent: ad haec conclusa vitanda admittere oportet formam corporeitatis.

§ 2[us]

Argumenta resolbuntur [illegible]

Omissis probationibus theologicis apud [illegible] citatis videndis, et etiam apud nostros scriptores, ad argumentorum solutiones transimus. Arguunt ergo 1[o] Thomistae: si daretur forma corporeitatis, anima esset forma accidentalis, et vivens compositum accidentale; hoc est absurdum: ergo. Probatur maior quidquid advenit materiae in actu formali constituto, est accidens, et constituit totum accidentale; sed in nostra sententia anima adveniret materiae in actu formali constituto, per formam substantialem corporeitatis: ergo [illegible] confirmatur: tunc anima esset actus 2[us], quia supponeret in materia formam corporeitatis, at actus 2[us]: ergo esset accidens.

Respondeo distinguendo maiorem propositionis: quidquid advenit materiae constitutae in actu formali substantiali ultimo completo, et non subordinato, concedo; in actu substantiali incompleto, et subordinato; itaque forma corporeitatis cum anima subor-

dinato, quia anima ex sua ratione praesupponit corpus et sui respectibus: corpus autem constitutum per formam corporeitatis, non est ultimo completum, aut inordinatum, sed potius ordinatum ad recipiendum animam, sicut animal constitutum in actu sensibilitatis, est in potentia metaphisica ad differentiam rationalitatis, et facit cum ipsa compositum substantiale metaphisicum.

Immo hoc argumentum evidenter retorquetur posse in Thomistas; nam licet ipsi non admittant formam corporeitatis ab anima distinctam, docent tamen corpus organicum, ut subiectum animae, constitui per ipsam animam, ut dat esse formaliter corporeum; consequenter qui docent animam dumtaxat gradum viventis esse informativum corporis. Magis sic: corpus, ut subiectum animae est constitutum in actu substantiali corporeo: ergo anima, ut forma vivens adveniens corpori, advenit magis in actu substantiali constituto: erit ergo accens, et constituens totum accentale. Solvant Thomistae, et solvemus.

Ad confirmationem distinguo antecedens: quia anima esset actus 2us grammaticalis, et introductionis, concedo; hoc autem impertinenter se habet ut sit accens: esset actus 2us philosophice, seu dans esse ultimatum substantiale, nego. Instabis: forma substantialis est actus 1us quia dat esse substantiale simpliciter; sed haec anima non daret esse substantiale simpliciter quia supponeret formam corporeitatis dantem esse substantiale simpliciter: ergo etc. Respondeo: formam corporeitatis dare esse substantiale non in esse viventis, sed in esse corporis, esse inquam substantiale non ultimatum, et completum, sed incompletum, et subordinatum.

Adhuc replicabis: corpori organico nihil deficit in ratione talis: ergo est corpus substantiale ultimo completum, et non subordinatum. 2. corpus organicum existit naturaliter, ut patet in morte Christi, ergo est completum, etenim naturaliter non subordinatum. Respondeo 1um argumentum non valere, nam nec etiam magis deficit aliquid in ratione talis, nec differentia subalterna, v.g. sensibilitas est incompleta in ratione talis, et tamen una ordinatur ad aliam. Ad 2um ergo. Hoc quia tantum sequitur corpus organicum esse completum dumtaxat quid, seu praecise in ratione corporis, non autem completum simpliciter in linea substantiali. Vel dico nego consequentiam; quia licet corpus organicum possit naturaliter existere sine anima, tamen illi subordinatur, ideoque respectu animae tendit in corruptionem.

Arguitur 2°: ideo datur forma corporeitatis realiter distincta a forma viventis, quia idem realiter corpus, quod erat in vivente permanet post mortem; sed licet permaneat idem corpus quoad magis 1um

non permanet idem quoad formam; Ergo etc. Antecedens probatur 1° ex Aristotele 2° de generatione caeli, c. 1°: Non est, inquit, facies nisi animata fuerit, neque caro; sed corrupta aequivoce dicitur facies, aut caro, sicut si fieret aut lignea aut lapidea facies sit; Ergo post mortem viventis non remanet eadem realiter caro, quae erat in vivente.

2° probatur eadem minor: corpus vivum est realiter distinctum a corpore mortuo; sed post mortem viventis remanet corpus mortuum: Ergo remanet corpus realiter distinctum a corpore viventis. Maior probatur: tum quia implicat idem realiter esse corpus vivum, et mortuum; tum quia corpus vivum identificatur secum realiter differentiam specificam viventis, quam non identificat corpus mortuum: Ergo etc. Ita arguit Illustrissimus Palanco. = Respondeo: corpus quod manet post mortem non esse idem realiter substantialiter cum corpore ante mortem, ut satis probabimus, et hoc idem est conformius humani modo loquendi, et [illegible] conceptibus communi, et communi conceptui; hoc enim semper dictant, et unde miror, quod ab authore sensatis oppositum potuerit affirmari.

Sane corpus Christi idem ipsissimum, quod natum fuit ex Maria Virgine, quod passum sub Pontio Pilato, idem fuit sepultum, et jacuit in monumento ut testantur Scripturae Sancti Patres apud Scholasticos citati. Nec valet dicere ad verificanda praedicta, corpus Christi semper fuisse idem realiter quantum ad suppositum, et non quantum ad formam; etenim corpora distincta per formas distinctas sunt diversa simpliciter, quamvis sub eadem materia, ut patet in genito, et corrupto composito: Ergo non sine valde improprie diceretur idem corpus, quod constituitur per diversas formas, licet constet eadem materia.

Ad authoritatem Aristotelis respondeo: corpus organicum dupliciter posse considerari: 1° absolute, et ratione illa varietatis partium diversarum; 2° quatenus hae organicae sunt instrumenta expedita ad exercenda opera vitae. 1° modo corpus organicum non constituitur per animam, quia cum sit homogeneum non constat partibus dissimilaribus carnis, et ossis constituitur. 2° modo partialiter constituitur per animam, quia ratione illius partes corporis sunt instrumenta idonea proxime expedita ad functiones vitales exercendas.

Hoc notato patet sensus Aristotelis: quando facies, et caro corporis mortui sit aequivoce talis, et quasi lapidea, i. e. ab

Solutio, ... in se sed relate ad opera vitae ut sentire, videre etc., ad quae ita ineptum est cadaver, ac lapis, vel lignum; ideo caro viva, et mortua univocantur in ratione carnis praecise sumptae, licet non in ratione carnis animatae; alioquin si caro mortua non est in se vera caro, sed aequivoce, poterit quisque absque praecepti transgressione carnes commedere die veneris.

Ad 2am probationem dico, ipsam valere, si anima constitueret corpus ut corpus vitae: tunc enim praedicatum viventis esset quidditative, et essentialiter de ratione corporis: hoc autem est falsum, quia corpus organicum solum denominative, et extrinsece dicitur vivum, vel mortuum, ratione unionis, vel separationis; at substantialiter et intrinsece idem est corpus organicum sive in statu mortis, sive vitae: non ergo corpus, quod est altera pars hominis, identificatur realiter cum praedicato viventis, sed solum verum est de corpore metaphysico completo quod est quidditative animatum.

Arguitur 3°: forma corporeitatis ab anima distincta est omnino superflua. Cum ... animae: si ad aliquid esset necessaria maxime ut tribueret viventibus esse corporeum organicum, sed ad hoc non requiritur, probatur minor, quia ad hoc sufficit anima: ergo etc. Si animae ... in brutis, et plantis formae vegetativae, et sensitivae possunt praestare esse corporeum, cum ipsae sint corporeae, deinde in homine anima rationalis est virtualiter saltem vegetativa, et sensitiva: ergo potest praestare quidquid praestant animae vegetativae, et sensitivae; sed hae possunt praestare esse corporeum, cum sint corporeae: ergo et anima rationalis.

Confirmatur: quia simili ratione arguit ... quidquid perfecte, virtualiter continet aliquam formam quae etiam perfecte, virtualiter continet aliquid, etiam perfecte virtualiter continet illud aliquid; sed anima rationalis continet perfecte virtualiter vegetativam, et sensitivam, quae continent esse corporeum, cum sint materiales, et extensae: ergo et ipsa anima rationalis continet virtualiter perfecte esse corporeum, ac proinde poterit illud praestare homini: superfluit ergo sive in homine, sive in brutis, sive in plantis alia forma corporeitatis.

Respondeo ad argumentum formam corporeitatis in quocumque vivente esse necessariam. In plantis quidem, et brutis; cum quia corpus proprium ad animam debet esse substantialiter constitutum, ut proprium ipsius receptivum: quibus cum anima vegetativa, et sensitiva possent praestare esse corporeum organicum, adhuc autem opus esset ponere formam corporeitatis ab ipsis distinctam, ut constitueret corpus ut receptivum illarum. Cum, quia licet sint corporeae, et hac ratione possint tribuere aliquod ...

corporeum de genere substantiae; adhuc tamen tribuere nequeunt viventibus esse corporeum organicum, quod hoc importat diversitatem externarum partialium carnis, ossis, necnon in aliis corticis, medullae, et radicis in planta.

Prata enim adeo diversa quae possunt tribui a materia prima, nec ab anima vegetativa, et sensitiva, quae sunt formae homogeneae, et tantum constant partibus ejusdem rationis: unde quamvis sint corporeae, non tamen sunt organicae, dissimilares, et etherogeneae, qualis requiruntur ad constituendum corpus organicum. Multo magis in nostro, cum careat necessitate formae corporeitatis: etenim anima rationalis, cum sit forma spiritalis, et indivisibilis non potest praestare esse substantiale corporeum, et multo minus organicum. Continet ergo anima rationalis animam vegetativam, et sensitivam, non tantum eminenter, et virtualiter, sed etiam formaliter, unde ipsa sola praestat homini esse vegetativum, sensitivum, et intellectivum, non tamen esse corporeum, ergo non sit corporea.

Sed nec virtualiter corporea dici debet. Tum, ob dicta in probationibus, quia licet contineat vegetativum, et sensitivum, non tamen ideo continet corporeitatem; quia conceptus vegetandi, et sentiendi in anima Bruti, et Plantae non sunt conceptus formaliter corporei, sed praescindunt a corporeitate, et spiritalitate: anima ergo rationalis continet animam Bruti, et Plantae, ut vegetativa est, aut sensitiva, non autem ut corporea, quia corporeitas opponitur spiritalitati. Tum etiam, quia licet anima rationalis sit perfectior forma corporeitatis, non ideo illam continet per aequipollentiam in virtute, sed ad summum eminenter, sicut ens simpliciter simplex continet perfectionem siccitatis, quantitatis, et albedinis, quin possit praestare esse quantitativum, aut album.

Replicabis: anima vegetativa, et sensitiva quia sunt materialis, et corporea: ergo si anima rationalis praestat esse vegetativum, et sensitivum, praestat esse corporeum. Probatur: esse vegetativum, et sensitivum est principium elicitivum vegetationis, et sensationis; sed tale principium est corporeum, et extensum, cum illae actiones corporeae sint, et extensae: ergo. Respondeo. Distinguo: sentire, et vegetare in homine sunt operationes corporeae, et extensae; sed proveniunt ab anima: ergo sicut non ponitur in homine distincta forma ab anima ad eliciendas tales operationes, nec etiam requiritur ad praestandum esse corporeum.

Arguitur 2° sic: in homine omnes gradus metaphysici sunt realiter identificati: ergo omnes debent oriri ab eadem forma specifica; sed ab

ania rationali oriunt gradus rationalis, viventis &c. Ergo gradus corporis, et consequenter requirit forma corporeitatis. 1a Maior patet, quia effectus realiter indistincti nequeunt provenire a formis realiter distinctis. Respondeo distinguendo Maiorem: ergo omnes debent oriri proxime ab eadem forma, concedo; remote, nego. Gradus metaphisici proxime desumuntur a forma totius: unde a tota entitate constitutiva immediate promanant; gradus tamen rationalis, viventis &c oriunt remote ab ania, gradus vero corporis a forma corporeitatis quatenus ania, et forma corporeitatis sunt principia ut quo constitutiva totius, quod immediate radicat omnes gradus.

Respondeo ad 1am instantiam distinguendo ans: quae sunt vegetativa, et sensibilia, ut dicunt gradus completos totius viventis, quo sensu sunt principia immediata, et completa vegetationis, et sensationis, sunt quid corporeum, et spirituale, concedo; ut dicunt gradus incompletus animalis, quo sensu sunt principia partialia, et incompleta illarum actionum, nego. Itaque principia adaequata vegetandi, et sentiendi, nec est sola ania, nec solum organum corporeum, sed totum constitutum ex ania, et organo: proveniunt ergo ab ania inquantum sunt actiones vitales, et a corpore, inquantum sunt corporeae: non ergo requirit in illo alia forma praeter animam, et formam corporeitatis; per quod patet ad confirmationem.

Quod autem gradus realiter identificati possint remote, et mediate provenire a formis realiter distinctis, ita fere probat in principijs Thomistarum: Etenim plures differunt materia, et forma, quam duae formae adinvicem; sed in sententia Thomistarum gradus realiter identificati proveniunt a materia, et forma: Ergo potius a duabus formis realiter distinctis. Probatur minor, quia apud ipsos differentia individualis sumitur a materia; differentia vero specifica a forma. Insuper illud axioma, genus sumitur a materia, differentia vero a forma, plausibile est inter Thomistas: Ergo in sententia illorum gradus realiter identificati desumuntur a principijs plusquam distinctis, quam duae formae.

Replicat illustrissimus Palanco: rationalitas in illo constituitur formaliter per formam rationalem, animalitas per formam animalis, corporeitas per formam corporis; sed in illo distinguunt realiter rationalitas, animalitas, et corporeitas, sed sunt eadem realiter entitas: Ergo etiam forma rationalis, forma animalis, et forma corporis non distinguunt realiter, sed sunt eadem realiter forma. Patet Maior, quia id quo aliquid constituitur formaliter est idem realiter, idem principium realiter constitutivum. Verum scire ab illustrissimo Palanco, quod corpus, et ania in homine realiter distinguuntur, quia hoc doctrina Thomistarum, et certissima, in doctrina ipsius salvari oportet: etenim corpus constituitur forma corporis, animal vero per formam animae; sed corpus, et animal non distinguuntur realiter, sed sunt eadem realiter entitas: Ergo etiam forma rationalis, et forma animalis: Ergo idem de corpore, et ania.

Ab ipso corpore [illegible] compositionis: anima rationalis [illegible], sed compositionem [illegible] realiter: Ergo [illegible] corporis. [illegible] intelligibile [illegible] admittitur forma corporeitatis. Unde ad [illegible] in forma dico [illegible] quae est [illegible] partium quae est anima, corporeae, et partibus [illegible] ita [illegible] corporis [illegible], et rationalis [illegible] totalis, [illegible] quae [illegible] totalis intrinsece [illegible] corporis [illegible] unde [illegible] gradus [illegible] partibus.

Arguitur 5.to contra instantiam praecedentem: forma, quae dat esse specificum, dat [illegible], sed anima rationalis dat [illegible] esse [illegible] rationale: Ergo etiam dat [illegible] scilicet al vivens, corpus, etc. [illegible] patet, quia albedo dat subiecto esse album, coloratum, et qualitatem, quia qualitas et color sunt genera respectu albedinis. Respondeo, maiorem esse [illegible] aliquid [illegible] gradus, ut in exemplo allato de albedine, et [illegible] aliquid vivens, ut [illegible], quod anima rationalis [illegible] esse [illegible], rationale, vivens, [illegible] esse corporeum. Replicabis: anima rationalis [illegible] esse vivens, sed vivens [illegible] formaliter corpus [illegible]: corpus animatum: Ergo [illegible] anima rationalis praestat [illegible] esse substantiale: Ergo esse substantiale corporeum.

Respondeo, gradus viventis [illegible] in forma [illegible] formaliter, et genus corporis, et differentiam viventis, quare esse vivens adequate [illegible] praestatur a sola anima, sed ab anima [illegible] differentia viventis, et a corpore [illegible] genus corporis, [illegible] anima rationalis praestare [illegible] esse substantiale corporeum, [illegible] corporeum, sed dat substantiale [illegible] gradus [illegible] simul [illegible] ab anima, et a forma corporeitatis, ab hac [illegible] corporeum, ab illa vero, ut [illegible].

Arguitur 6.to: gradus metaphysici substantiae, et corporis [illegible] realiter a gradu viventis, [illegible] remanet [illegible] gradu viventis, [illegible], nec remanet gradu corporis, sed [illegible] forma corporeitatis, quia [illegible] recedente anima, remanet corpus: Ergo gradus metaphysici possunt separari, ac distingui realiter, [illegible] dat forma corporeitatis distincta ab anima.

Respondeo [illegible] esse [illegible], [illegible] gradus [illegible] in forma [illegible] gradu viventis rationalis [illegible] post mortem [illegible] gradus corporis [illegible] qui [illegible] respondet [illegible] [illegible] distinguitur realiter ab anima, et reliquis gradibus, [illegible]

praestare. R: hic ergo manet post mortem vitae:

Atqui 7o. non repugnat animae unioni imme-
diate materiae; sed huiusmodi compositum esset aliud, et esset animale: Ergo esset 7o. non
ergo requiritur forma corporeitatis ad constituendum vitam: Vaz et Illi Palanco illud
compositum esset essentialiter substantia completa materialis, quae esset facta ex materia, et dependenter
ab illa; sed substantia completa materialis est essentialiter corpus: Ergo illud compositum quod resulta-
ret ex materia prima, et anima esset essentialiter corpus.

Respondeo ~~[struck]~~ negando maiorem; quia repug-
nans sit essentiale receptibus animae, et forma corporeitatis sit essentialis dispositio ad animam
repugnat animae unioni immediate materiae nude sumptae. Sed illa positione admissa, sequeretur illud
compositum esse vivum, et non esse vivum; quia in hac hypothesi esset anima rationalis, et non esset corpus, quod deprompsit
de sensu vitae; immo vero non esset aliud; quia animal est vivens sensibile; vivens autem est cor-
pus animatum. Ad urgentius dico, illud compositum fore substantiam completam platonicam,
quia esset corpus, et non esset corpus in dicto.

Atqui 8o. generatio unius est corruptio
alterius, et econtra: Sed in morte viventis corrumpitur vivens: Ergo generatur aliud compositum, nempe ca-
daver: Ergo non remanet idem corpus post mortem, ac fuerat vivens. Respondeo, illud pro-
loquium esse verum regulariter, et in non viventibus, non tamen universaliter, et in omni composito, nam in prima
mundi constitutione formae fuerunt productae, quae aliquid corruperunt. Deinde cum cor-
rumpitur vivens, manet materia cum forma corporeitatis: solum ergo est vera corruptio unius
sine generatione alterius, quando corruptio unius, sive non inducitur forma nova ma-
neret materia sine ea forma. Oppositum venit in viventibus.

Atqui 9o. aliqua
forma substantialis datur in cadavere, quae non erat in vivente: Ergo non idem compositum;
quia ex iisdem probamus formam corporeitatis, quod eadem forma constituat corpus vivens, et post
mortem viventis, ita probatur: in cadavere datur principium substantiale exigens, et ra-
dicans quandam specialem collectionem accidentium, quae in ipso cadavere reperitur, et non in vivente;
atqui tale principium est forma substantialis, quae non erat in vivente: Ergo D. illa probatur
quoad utramque partem; quia tale principium non est materia prima, ut patet indifferens ad hanc, et illa
accidentia: Ergo est forma substantialis, quae non erat in vivente, alias exigeret in illo illam
collectionem accidentium, quae supponitur propria cadaveris.

Illa autem probatur: nimius calor, summa frigiditas,

inflexibilitas nervorum, aliaque similia accentia, quae erant in vivente reperiuntur in cadavere ut experientia constat: Ergo 2º datur in cadavere principium substantiale exigens et radicans talem collectionem suadet ergo quod si ab aliquo agente extrinseco hujusmodi accentia spectant, cadaveri tanquam substantiae ... sicut aqua calefacta, a motu igne, iterum recuperat suam pristinam frigiditatem: Ergo sicut hac ratione probamus in aqua formam substantialem radicativam frigiditatis, pariter probabitur in cadavere forma substantialis radicativa illorum accentium.

Ad hoc argumentum solvendo, plura a nostris solia sumuntur, ab illo tamen variis mea expedio notum, quod cadaver, seu corpus mortuum potest dupliciter sumi. 1º et 2º simpliciter corpus substantiale organicum; 2º ut est cadaver, seu mortuum. 1º sensu dicit illud substantialem partium configurationem. 2º modo dicit absentiam animae, carentiam, seu privationem vitae; similiter corpus vivum et corpus, dicit similem configurationem; ut vivum vero dicit animam: alia quae sunt accentia, quae conveniunt ipsi ratione sui, et alia ratione animae.

Noto 2º: accentia alia esse proprietates physicas corporis quae ab ipso realiter exiguntur, et radicantur; alia autem sunt accentia adventitia, quae licet reperiantur in ipso corpore, non tamen ab illo realiter exiguntur, et radicantur. Accentia 1º generis arguunt formam substantialem, ut frigiditas in aqua. 2º vero generis non, ut calor inductus ab igne in aqua non arguit in ipsa formam substantialem, quae illum calorem exigat, aut radicet.

His notatis, dico ad argumentum, quod ubi datur diversa collectio adequata accentium ita ut omnia accentia sensibilia mutentur, ibi datur nova forma substantialis; sed oppositum contingit in corpore mortuo, in quo ad sensum permanent plura accentia, ut diximus in probationibus. Diversa ergo collectio adequata eorum accentium, quae sunt propria compositi, arguit diversam formam substantialem; non vero eorum, quae sunt adventitia. In proposito ergo illa collectio accentium in argumento relata, non est propria corporis, ut substantialiter talis, sed ut mortui; sicut collectio, quae reperitur in vivente non est propria corporis ut substantialiter talis, sed ut vivi.

Corpus ergo 2º se non radicat illa accentia, saltem in illa intentione, sed quia recedente anima, deficit calor nativus, et motus partium, sicut actio sanguinis, et spirituum transcolatio, ideo in corpore mortuo deest confortativus caloris, quem habebat corpus vivum, non ratione sui, sed ratione absentiae animae, qua

absente resistentia corpus non valet extrinsecis agentibus illud infrigidantibus.

Ad tal paritatem de aqua respondeo, formam corporis aliquale radicale frigus; quod per calorem, aut causatum temperatur, et remittitur: absente vero anima a frigore arcis ... ri interdicitur: Arguitur ergo illa frigiditas formae substantialis, sed non diversa ab illa, quae constituebat corpus tempore vitae. Vel dico frigiditatem cadaveris provenire ab aere circumstanti, non vero frigiditatem aquae.

Arguitur denique: si in viventibus daretur forma corporeitatis, viventia essent imperfectiora non viventibus; hoc non: ergo. Probatur sequela maior: si daretur forma corporeitatis viventia essent composita ex materia 1a, et forma corporeitatis, et ex corpore, et anima, daretur siquidem duplex compositio, in viventibus tamen una; sed ubi datur magis compositionis, datur minus perfectionis: ergo. = Respondeo, non viventia esse perfectiora in quid compositum viventibus, quia illa habent minus compositionis, magisque simplicitatis: simplicitas tamen minoris perfectionis sunt quam viventibus, quatenus isti majorem habeat actualitatem, quae est major perfectio. Totum hoc patet ex D. S. in 1o dist 8a, quaest 1a, § 2o probo, versu explo, ubi ita ait:

» Actualitas est perfectio simpliciter, et simplicitas est perfectio simpliciter; compo-
» sito autem convenit maxima actualitas, licet non maxima simplicitas: maxime autem licet conveniat sim-
» plicitas, non tamen tanta actualitas, quanta competit composito. Simpliciter autem actuali-
» tas est perfectio simplicitate, et ita simpliciter perfectius posset esse illud, cui conveniret
» actualitas sine simplicitate, quam illud cui convenit simplicitas sine actualitate.

Ex quo apparet viventia esse simpliciter perfectiora non viventibus.

Quaestio 3a

Utrum formae substantiales educantur de potentia materiae.

§ 1us

Aliquibus suppositis, quaestio resolvitur.

Pro resolutione quaesiti suppono 1o: productio, quod ad praesens attinet, dividitur in eductivam, et creativam, quod expresse tradit D. ut in quaestionibus quodlibetalibus: aut quia facit Deus aut facit ex aliquo veluti ex materia, aut ex nihilo. Ex quibus verbis satis claret distinctio inter utramque actionem, et nam creatione producta forma ex nullo praesupposito

subto: eductio vero productio formae ex praesupposito subto. Unde ad productionem creationis formae nullo modo subtum concurrit, et si in eo producatur aut producta recipiatur; sic anima rationalis producitur a Deo in corpore iam organico: at actio eductiva formae ita est dependens a subto, ut istud non modo illam recipiat, sed etiam suo modo influat in ejus productionem.

Hoc supposito, inquirunt quidam utrum formae substantiales (et idem de accidentalibus) fiant ex praesupposito subto, seu materia? et quibus omnibus Thomistis exceptis, qui formas substantiales moverunt, existimarunt illas fieri ex materia, illo antiquissimo axiomate constricti: ex nihilo nihil fit; tamen in explicando quomodo formae ex materia fiant, varia fuerunt inter ipsos placita; quae a veritate rejecta, sic cum Mastrio, Pontio, et aliis eductionem explanamus:

Formae ex potentia materiae educi nil aliud est, quam quod sunt fieri necessario sit fieri in materia; ita quod si sit aliqua forma, quae ubi quae sit, et fiat in materia, et tamen absolute fieri posse naturaliter quantum est de se sine materia, talis forma non diceretur educi, quia sui esse tum non est necessario in materia. Ex quo colligitur ad rationem eductionis non sufficere ex parte materiae concursum tantum receptivum, sed etiam requiri substentativum; ita ut eductio importet formaliter dependentiam formae ad subtum in quo et recipitur forma, et substentatur, unde quae sine alio non sufficit; nam materia esset concursus receptivus respectu animae rationalis, et quia non esset substentativus non dicitur ex materia educi.

Suppono denique: Deum in prima rerum productione produxisse formas caelestes, et elementorum operando modo naturali, et secundo exigentiam naturalem ipsarum; nam ut ait D. Augustinus lib. 1o super Genesim, Capt. 1o: quando disputatur de prima mundi productione non debet inquiri, quid tunc Deus de potentia absoluta potuerit efficere, sed quid natura rerum exigat. Unde in praesenti debet supponi Deum in prima caelorum, et elementorum productione produxisse formas ipsorum modo magis naturali earum exigentiae, et non modo extraordinario.

His suppositis omnes Philosophi communiter tenent omnes formas materiales sublunares educi de potentia materiae, seu subti; unde tota difficultas inter Thomas, et Scotistas praecipue stat loquendo de formis caelorum, et elementorum in prima mundi formatione. Siquidem primi tenent non fuisse eductas; secundi vero oppositum defendunt, uniusquisque suum Doctorem pro Patrono habentes. Sit nostra conclusio: Formae caelorum, et elementorum in prima sui productione fuerunt eductae, de potentia materiae. Ita omnes Scotistae cum D. S. in 2o, dist. 17, quaest. 1a et expresse lib. de

rerum principio, quaest. 8a, n. 26 fit, ubi ita loquitur.

» Et hoc sit respectu ut omnia de-
» terata, ut elementa, coeli surgant, et coliant ex uno indeterato (hoc est materia). Et n. 28
» ita scriptum est, videlicet, quod Deus in constitutione mundi hunc ordinem servaverit, et dicitur in-
» detrato, quod est materia immediate subito ex multitudine rerum fecerit, et quod saltem ordi-
» ne naturae procedat de imperfecto ad perfectum. Ex quibus veriis sic tenet ratio probativa
conclusionis: Deus in 1a mundi constitutione processit de imperfecto ad perfectum ad modum
artificis paulatim artificiatum perficientis: Ergo prius produxit materiam omni forma informem, et imperfectam, et postea illam exornavit formis substantialibus coeli, et terrae illas ex
materia educendo.

Antecedens patet ex illo 1o Geneseos: terra erat inanis, et vacua &. Confirmatur
liquet, nam licet Deus potuisset tales formas creare, tamen constantum est hoc
non fecisse, quia esset invertere ordinem naturae, quem absolute illic servavit. Cum enim
tales formae petant ex natura sua fieri in materia, et ab illa dependere, dependentia ipsa
naturae formam hortata, credere debemus, Deum sic illas fecisse, quia ut ait D. Augustinus:
sic Deus res quas condidit administrat ut suas cursus agere sinat.

Confirmatur iuxta D.
Augustinum citatum Deus rerum naturis se attemperavit. Ergo servavit modum magis connaturalem ipsis
rebus productis; sed formis celestis, et elementorum fuit magis connaturale educi ex potentia materiae,
quam trahere actionem creationis: Ergo &. Enthimema conceditur a contrariis. Probatur minor subsumpto: prae-
dictae formae continentur in potentia passiva materiae; sed res produci dependenter ab illa causa in
qua realiter continentur, est magis connaturale ipsi rei productae: Ergo formis coelorum et elemento-
rum &. Et consequentia &.

§ 2us

Argumenta solvuntur

Arguitur 1o ex illo 1o Geneseos; in principio creavit Deus coelum et terram;
sed creatio est productio entis ex nihilo: Ergo &. Respondetur, quod verbum creavit
multoties sumitur in sacra pagina pro creare ac producere, sive fiat per creationem, sive
per eductionem; quapropter in 70 interpretibus sic habetur: in principio fecit Deus
coelum, et hoc etiam fatenti debent contrarii, nam postea Cap. 2o creationem coeli, et
terrae vocabitur generationes: istae sunt generationes coeli, et terrae, quando creata sunt.
Et Cap. 1o versu 17 sic dicitur: creavit Deus hominem ad imaginem suam; Ergo et productio

n sit creao ut patet Cap. 2.º versu 7.º formavit Deus etc. ex limo terræ; ita exponendi sunt P.P. et Filia.

» Sed dices: verba juxta D. Augustinum verba sacræ
» Scripturæ intelligenda sunt stricte, et rigorose quando nullum sequitur inconveniens; sed nullum sequitur ex stricta intelligentia verbi *creavit*: Ergo etc. Respondetur quod sacra Scriptura sibi contradiceret, nam narrat in 2.º Cap. quod in 1.º affirmat; ut patet prius ponit, *Principio creavit*, et postea, *isti sunt generationes*; quod sequeretur ex ex stricta intelligentia verbi *creavit*, nam creao opponitur generationi.

Arguitur 2.º
ideo formæ cælorum fuerunt eductæ de potentia materiæ, quia supponunt productionem suæ materiæ exigentiæ; sed hoc falsum: Ergo etc. Probatur minor: licet forma ut productibilis à creatura petat educi, tamen ut producibilis à Deo, hoc non exigit; sed formæ cælorum fuerunt à Deo productæ: Ergo etc. Illa maior probatur: ideo forma creata est per se producibilis eductive ab agente creato, quia iste nequit producere formam, nisi in præsupposito subiecto; sed Deus non eget concursu subiecti ad producendam formam, aliter non posset creare. Ergo etc.

Respondeo negando minorem, ad probationem, negatur maior, et forma probationis, si intelligatur in sensu præciso; forma enim materialis ex se, et intrinsece exigit, produci eductive, ab agente, sive creato, sive increato; et quamvis agens increatum creare posset, tamen forma materialis educeretur ex potentia materiæ, cum ex se talem productionem exigat, et contrarium esset miraculum, quod Deus agendo juxta rerum exigentiam non facit: Nec ergo quod forma in sua productione sit à Deo, arguitur, quod creata sit, cum juxta pluresque (contra nos) gratia educatur, et tamen solum a Deo educitur.

Arguitur 3.º
Sicut forma materialis de suæ naturæ exigentia petit supponere materiam, ita forma determinata exigit determinatas dispositiones ut introducatur in materiam; sed Deus in principio mundi productione producit formam cælestem sine dispositionibus requisitis: Ergo est forma sine præsupposita materia. Probatur minor: ideo illam producit sine dispositionibus præviis, quia solus illam produxit, nam si ab agente creato produceret, deberet illas in materia supponere: Ergo quamvis formæ materiales petant supponere materiam, ut producantur ab agente creato, tamen hoc non exigunt, ut producantur à Deo.

Distinguitur maior: sicut et eodem mo-

do, ngo; sicut, et diverso modo, ffsedo macz. Itaque Dicodz modo forma petit subtz prosupositz exqua educat, ac pracias dispoam: subtz enz exigit de perse, dispoam vero de per accens, videlicet, gdo mana suponit informata ali-qua forma tyc casus petit dispoam Hrarias ad alig forg expelendg: Ceterg forma maalis exigit mag, tanqug subtz ex quo educit, et tanqug la causg, et radicg ro tinca maalitatis a qua petit pduci.

§3us

Aliqua duria ad maag intelligentig solbuntur.

Ante rotuonz notas, gd accentia alia sunt subto maalia, ut caliditas ignis; alia Hra subti inclinaonz, ut caliditas aquz, quz dicit fara violenta. Accentia naalia juxta veriorz sententig, n subjectant in maa 1a, sd in toto zposto. Dico 1o: accentia naalia sive sint maalia subto, sive n, educunt de potentia illius. Pbar: qa accentia naalia in fieri, et conservari dependent a subto: Ego pbr.

Ans patet; quia si agens naale posset illa efficere independenter a subto, posset sine illo conservare; quia actio, quz e sufficiens dare esse, e sufficiens se solo conservare tale esse; sd hoc n: Ego pbr. Amplius: quia si talia accentia n educerent de potentia subti crearent; gd agens naale efficere n pt. Dico 2o: actus supernaales fidei, spei, educunt de potentia suorz subtorz. Ita Ds. Ss. in 1o, dist 17, Sadarguta.

Pbar: causz creatz cu n possint creare, n pducunt aliter quz educendo; sd actus supernaales habent p causa efficienti intz et voluntatz, quz sunt causz creatz: Ego pbr. Dico 3o: gratia e a solo Deo per creaonz, et ab eo solo conservat, et gdo destruit annihilat. Ita expresa Ds. Ss. plurib in locis, et patet raone; nequamodo stinet in potentia receptiva anis, sit superioris, et perfectionis ordinis, gd nequit stinere in eo que e zperfectionis, et inferioris ordinis.

Quaestio quarta

Utrum plures formz substantiales, totales, et n subordinatz possint divinitus informare eandz numero maam

§1us

Aliqua notanti sententiasque referuntur indicantque

Maioribus probatur.

Ad clariorem intelligentiam hujus difficilis quaestionis notandum est 1.º quaestionem non procedere de formis accidentalibus, nam evidens est, has naturaliter posse informare idem numero subjectum, ut patet in lacte, in quo simul naturaliter adest albedo, et dulcedo. Procedit ergo quaestio de formis substantialibus: circa quod notandum est 1.º quod forma substantialis alia est subordinata, alia disparata seu non subordinata alia. 1.ª quae ordinatur ad aliam, respectu cujus se habet ut immediatum receptivum. Sic se habet in nostra sententia forma corporeitatis respectu animae; unde in Scotica doctrina duae formae substantiales subordinatae de facto informant eandem numero materiam. 2.ª est, quae non ordinatur ad aliam, quia quaelibet immediate informat materiam et ipsi unitur: tales sunt forma lapidis, ignis etc.

Suppono 2.º materiam aliam esse adaequatam seu totalem, et aliam inadaequatam seu partialem. 1.ª quae per formam totalem informatur, et cum ea constituit totum integrale compositum. 2.ª quae informatur per partes formae, seu partiales formas, et cum illis constituit partes integrales compositi. Utriusque sit exemplum: corpus humanum integrum est adaequata materia animae, et singulae partes sunt ejus materia inadaequata.

Difficultas ergo praesens procedit de forma disparata, et materia adaequata, et de potentia Dei absoluta, nam omnes excepto Arriaga fatentur plures formas substantiales non subordinatas non posse de potentia ordinaria simul informare eandem numero materiam. Tum quia petunt diversas dispositiones incompatibiles in subjecto; tum quia ut experientia constat ad generationem unius formae expellit formam praecedentem: unde natum fuit illud proloquium: generatio unius est corruptio alterius.

In hac difficultate duae sunt oppositae sententiae. 1.ª asserit posse esse de potentia Dei absoluta unam numero materiam informari duplici forma totali, et non subordinata. Ita Mastrius, Pontius, Bensumea, et alii quamplures. 2.ª sententia est negativa; quam defendunt Thomistae, et ex Scotistis Illustrissimus Merinero, Fuentes, Chiroga, et plures recentiores nostrae provinciae in manuscriptis; cum quibus sit nostra conclusio. Plures formae substantiales totales, et non subordinatae nequeunt divinitus informare eandem numero materiam.

2.º Si corpus de hac quaestione [illegible], idcirco alii stant pro prima sententia, alii pro 2.ª; alii vero dicunt probabilius utramque posse sustineri in utraque via; sed hoc non obstante nostra conclusio firmiter [illegible]

m... a pluribus in locis cujus authoritates omitto quia sint impricates; sed quia ad oppositi scholastici ab illis se expediunt, dicendo, D. Thomam loqui de sua materia ... : ideoque probat ... ratione deducta ex litteram D. Thomae ... : materia ex se repugnat esse subjectum potentiale simul ad duas formas substantiales, totales, et non subordinatas: Ergo &c.

Probatur: si materia non repugnaret ex se esse subjectum potentiale simul ad duas &c, non repugnaret ex se esse subjectum potentiale simul ad infinitas, si essent infinitae; sed hoc est absurdum, et contra mentem D. Thomae: Ergo &c. Quod hoc sit absurdum probatur: subjectum potentiale in materia est quaedam perfectio in illa; sed si materia ex se esset subjectum potentiale simul ad infinitas formas, si essent, daretur in materia infinita quaedam perfectio, quod etiam est absurdum: Ergo &c. Quod hoc sit absurdum patet, quia repugnat summum et infinitum malum entitative: Ergo etiam summum, et infinitum perfectum entitative; sed ista infinita perfectio materiae esset de illius entitate, sicut est de ejus entitate, parva, et limitata perfectio horta ex ejus pura potentialitate ad unum: Ergo absurdum est &c.

Quod in materia daretur ista infinita imperfectio efficacius probatur: imperfectio provenit materiae ex ejus potentialitate ad formas; sed si simul esset subjectum potentiale ad infinitas &c, daretur in materia infinita potentialitas: Ergo etiam infinita imperfectio. Maior est certa. Probatur minor: materia esse informabilem duplici forma substantiali, totali, et non subordinata, arguit in materia potentialitatem ut duo: Ergo esse informabilem infinitis si darentur, arguit in materia infinitam potentialitatem, quod est absurdum, et consequenter quod sit simul unius duplici forma substantiali non subordinata.

Et hoc confirmatur ex D. Thoma, qui in 3°, quaest. 1ª, et hic dicitur, ita ait: quia ita impossibile videtur unum accidens esse in duobus subjectis, sicut unum formam substantialem esse in duobus materiis ... si necessario sequitur infinitas, ex hoc, quod una forma substantialis est in pluribus materiis, necessario sequitur infinitas, ex hoc quod unum accidens est in multis. Et in 1°, dist. 3ª, quaest. 1ª, et alia opinio, ita loquitur: ubi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem, ibi infinita pluralitas, sive numeralis infinita, requirit infinitam perfectionem, et virtutem.

Explicatur: si posse portare simul plura pondera concludit maiorem virtutem: posse simul portare infinita, sive non tot quam plura, concludit infinitatem intensivam. Ergo si ex D. Thoma una

forma substantialis, et totalis necessario non posset informare duas numero materias, quia sequeretur, quod esset infinitae virtutis, et perfectionis, ex informaret materiam de linea perfectionis sit: Ergo etiam sequitur, quod una materia necessario non posset informari duplici forma, quia sequeretur, quod esset infinitae potentialitatis, et imperfectionis.
Probatur 3° haec

efficacitate paritatis: idem genus nequit divinitus actuari per duas differentias disparatas: Ergo nec eadem materia informari duplici forma. Probatur 1ª: ita indifferens est genus ad suas differentias, ad materiam ad formas; sed idem genus nequit actuari, contrahi, aut determinari simul per duas differentias disparatas: Ergo. Aliter efformatur paritas: duae differentiae disparatae nec divinitus possunt identificari in unico genere: Ergo nec duae formae uniri in unica materia. Haec paritas ita, meo videri, urget in contrarios ut ab ea expediri non possint. Si plura alia desideratis in illis invenietis.

§ 3us

Argumenta contrariorum franguntur

Arguitur 1°: plures formae accidentales totales possunt informare simul naturaliter idem numero subiectum, ut patet in lacte in qua sunt albedo, et dulcedo, quae sunt formae accidentales totales; sed ex hoc non infertur, quod possint infinitae, si hae darentur, vel naturaliter, vel supernaturaliter: Ergo taliter. Negatur consequentia. Disparitas est; quia subiectum ad suam conservationem naturalem petit has numero determinatas formas accidentales, et ideo dicit ad eas illas potentialitatem, et non ad plures alias simul; atque ideo possunt esse simul in eadem materia, vel subiecto, quin ex hoc sequatur, quod possint esse infinitae, si darentur.

At vero materia manendo cum una forma substantiali, et totali eius suae potentiae naturales totaliter est satiata; ideoque non dicit potentiam ad aliam simul habendam; nam si posset, non daretur ratio, cur non posset cum infinitis, et consequenter etc. == Sed dices contra: nulla forma satiare potest potentialitatem materiae: Ergo nulla est solutio. Probatur: ex D. S. nulla forma potest satiare appetitum, sed ut potentialitatem materiae, nisi contineat perfectiones omnium formarum; sed haec forma non datur: Ergo etc. Et roboratur materia informata forma ligni est in potentia ad formam ignis: Ergo non est satiata per formam ligni.

Respondeo ad exemplum distinguendo ans: nulla forma potest satiare potentialitatem particularem et proximam materiae, nego; remotam

, et universale, concedo; cum qua distinctione reliqua resolvit. Potentia proxima, et
particularis materiae, est capacitas ipsius ad recipiendam formam cum dispositionibus naturaliter requi-
sitis ad ipsius receptionem. Potentia vero universalis, et remota est eadem capacitas
materiae absque dispositionibus ad formam: sic materia ligni dum est disposita ad formam ignis est in
potentia proxima; dum vero non est disposita, est in potentia remota.

Potentia particularis,
et proxima materiae ad unam formam totaliter satiatur per illam; remota vero, et universalis non sa-
tiatur, quia cum ista sit potentia indeterminata ad omnes formas, cum sit eadem ac materia, semper
eadem remanet, sive sit, sive non sit cum forma; et per nullam satiatur, nisi contineat
perfectiones aliarum formarum. Amplius: haec potentia non est ad omnes formas simul ha-
bendas, sed subsessive; non est enim potentia simultatis, sed simultas potentiae, quae
ut dictum est in logica stat cum disjunctione ex parte actus.

Arguitur 2° idem numero
corpus de potentia Dei absoluta juxta Doctorem Subtilem potest esse simul in pluribus locis ade-
quatis: Ergo eadem numero materia potest divinitus informari duplici causa totali [illegible] =
Respondetur concesso antecedenti, nego consequentiam. Disparitas stat in hoc, quod tam locus a corpore,
quam corpus a loco dependet accidentaliter, materia dependet a forma, dependentia
per se ornatus ad constituendum unum per se; id est, dependet ab illa dependentia
naturali essentialiter informali, ad informam, quatenus ex sua intrinseca natura
petit informari ut complete existat: corpus vero non dependet naturaliter essentialiter (forma)
a loco, nec ~~corpus~~ locus a corpore; unde corpus potest habere duplices essentias, seu
duo ubi ad duplicem locum, et similiter idem locus ad duplex corpus.

Ratio est, nam ex Scoto
idem fundamentum potest habere plures relationes, et idem terminus illas potest terminare; unde
nulla sequitur contradictio, quia in hoc casu in corpore sunt duo ubi passiva, quorum
quodlibet terminat suam activam replexionem: ex quo sequitur, quod corpus non dependet ab ubi
dependentia essentiali, sed tantum accidentali; atque ideo potest divinitus habere plura
ubi, non vero materia informata una forma potest aliam habere, quia cum ea unum per se
cum materia constituit, non vero ubi; nec ad multiplicitatem locorum corpus multiplicatur
sicut ad multiplicitatem formarum multiplicantur composita.

Arguitur 3°: forma substantialis potest
informare materiam, quin aliam formam expellat ab illa: Ergo. Probatur: expulsio alterius formae

ē effectus 2darius formæ; sed effectus 2darius post a Deo supleri. Ergo et Thomistæ extensio in ordine ad locum ē effectus 2darius quantitatis; sed post a Deo supleri. Ergo.

Ad argumentum negatur ans, et minor probatione distinguitur: effectus 2darius causæ efficientis post a Deo supleri, concedo; causæ formalis, subdistinguo; effectus 2darius causæ formalis positivus, concedo; privativus, nego.

Ad cujus probationem dico: quod extensio partium in ordine ad locum ē effectus 2darius positivus quantitatis; exclusio vero alterius formæ ē effectus 2darius privativus. Hæc autem disparitas inter effectum formalem positivum, et privativum; quod cum effectus positivus oriatur a forma medio concursu Dei, a quo dependet, post Deus suspendere suum concursum sine tali effectu, et sic impedire quod resultet; at vero effectus formalis privativus oritur a forma medio concursu Dei, sed forma per se ipsam semel posita in subito privat illud alteram formam, quatenus essentialiter afferat secum privationem illius.

Arguitur denique: duo corpora possunt divinitus existere in eodem loco: Ergo etiam duæ formæ in eadem materia. Negatur consequentia. Disparitas ē quia unum corpus non excludit aliud a loco formaliter, sive in genere causæ formalis, sed efficienter per influxum positivum illud movendo a loco. Deus autem post suspendere concursum, sive influxum causæ efficientis, non autem influxum, sive effectum causæ formalis communicatum subito; quia effectus formalis nihil aliud ē, quam ipsa forma subito communicata.

Distintio 5ª de unione

Principalis finis ē substantiale compositum ex materia, et forma; et cum compositio sit distinctorum unio; ideo post quam de materia, et forma egimus, de ipsa unione tractaremus; ideoque sit:

Questio 5ª

Quid sit, in quo formaliter consistat unio, et an realiter a suis extremis distinguatur? Sed quæsito quo ad omnia breviter respondet.

Phi unanimiter conveniunt, in eo quod partes compositi physici uniuntur, ut illud constituant; sicque unionem definimus vinculum, seu nexus, quo aliqua realiter distincta copulantur. Hæc denominationem ab extremis sumimus; si enim sunt substantialia

unio dicit substantialis, econtra vero si ad sunt. In quo vero unio formalis consistat,
dubium est inter Authores. Pro resolutione dico: unio, quae requiritur ad hoc ut materia, et forma
causent compositum est formalis respectus extrinsecus adveniens. Est Magistri Thomas, et qui
tenent omnes Scholastici ex S. Doctore in 4., dist. 12, quaest. 1, n. 10; et 25 § ad quantum, ubi
ita agit unio absolutio ad absolutum est relatio extrinsecus adveniens. Probatur ratione: illud

cujus totum suum esse est ad aliud, consistit formaliter in relatione, seu respectu; sed ita se habet unio:
ergo etc. Probatur minor: unio materiae ad formam intelligi nequit, quin intelligatur formaliter cui unitur, nec e
contra. Ergo etc. Probatur tertio: ideo Pater dicitur formaliter ad aliud, quia Pater prout talis, nequit intelli-
gi, quin jungatur Filius; sed materia nequit intelligi unita formae, quin intelligatur forma, et forma
unita materiae, quin ista intelligatur: ergo etc.

Quod autem talis relatio sit extrinsecus adveniens, pa-
tet; nam posita materia, et forma separata, ut divinitus esse possunt, vel posito corpore organico,
et anima rationali separata, non habent unionem, quae est relatio, nec eadem separata talis relatio
procedit; ergo relatio extrinsecus adveniens, sit quae posito fundamento, et termino necessario non re-
sultat, sed aliud quid expectat, optime infertur talem relationem esse extrinsecus advenientem.

Dispositio
inter Philosophos materia, et forma se ipsis uniantur, an vero medio aliquo nexu ab eis realiter distincto
(quod est ultimum quod inquirit titulus) primum substinent Nominales cum suo Principe Ocamo. Secundum do-
cet S. Doctor cui omnes Discipuli subscribunt cum aliis extraneis, cum quibus probatur dicimus:
unio, qua materia, et forma adinvicem connectuntur, est entitas realiter distincta ab utraque.

Probatur ratione:
si materia, et forma existerent separatae (ut divinitus possunt) postea que unirentur, et deinde unitis
formaliter fierent realiter, et physice unitum: ergo unione ab eis realiter distincta; nam non potest transire de contra-
dictorio in contradictorium sine mutatione; atque non potest nova mutatio sine nova forma adquisita perfici: ergo in
partibus antea separatis, et postea de novo unitis interveniret aliqua nova forma, ista que esset
unio realiter distincta. Ergo etc.

Confirmatur ab inconvenienti: si materia, et forma se ipsis unirentur, et
absque aliquo nexu realiter superaddito, semper ac existerent extrema, existerent unita, sicut
semper quod existit vere existit ad rationale; sed sequela est absurda: ergo etc. Probatur minor: juxta Thomistas
vere nil aliud essentialiter importat praeter animam, et materiam; sed in ejus morte manet anima
existens, et etiam materia. Ergo si quoties manerent extrema existentia, maneret humanitas,

peremta 2ª adhuc maneret integra 1ª, et aliunde non maneret

§ 2us

Argumenta solvuntur.

Arguitur 1º materia, et forma, ut pote seipsis proportionatae, debent immediate uniri; sed si datur unio distincta ab ipsis non uniuntur immediate: Ergo etc. Major patet; nam forma se ipsa est actus materiae, et materia subjectum formae. Probatur minor: si datur talis unio distincta, uniuntur medio aliquo a se distincto: Ergo non immediate. = Distinguo majorem: debent immediate uniri, ut quod, seu ut res unitae, concedo; ut quo, seu ut ratio formalis uniendi, nego; et qua distinctione antecedens probationis distinguitur.

Non enim tollit immediationem requisitam ad constituendum unum per se, quod mediet aliquid, ut ratio formalis uniendi; sicut oculus immediate videt parietem quamvis mediet visio, quia non mediat ut videns, sed ut ratio formalis videndi. Replicabis: unio ut pote accidens etiam debet partibus uniri, vel ergo unitur alio modo a unionis, et sic dabitur processus in infinitum; vel unitur seipsa, et tunc potiori titulo materia, et forma poterunt seipsis uniri, cum sint inter se magis proportionatae, quam cum unione: Ergo superfluit unio distincta.

Respondetur unionem seipsam uniri partibus, sicut gluten uniens duos papiros seipso unitur illis. Immo in rigore nequit dici, quod unio uniatur, nam quod est ratio formalis alteri conferendi talem, ipsum non est tale ut quod, sed solum ut quo; sicut non dicitur motus moveri, actio agi etc., quia in sua linea sunt rationes formales. Id autem de materia, et forma nequit dici, quia neutra est ratio formalis uniendi; et ideo uniri debent per aliquid distinctum, quod sit ratio formalis in hac linea.

Arguitur 2º: si unio esset realiter distincta a forma, prius informaret materiam, quam ipsa formam; sed hoc non placet. Ergo etc. Major patet; nam immediatius est materiae perfectibilis per formam substantialem, quam accidentalem. = 3º: anima non vivificat corpus media unione distincta: Ergo etc. = Ad 2um nego majorem, quia unio non praecedit materiam ante formam, sicut universaliter relatio supponit extrema. Ad 3um dico; quod anima non vivificat corpus media unione distincta per modum virtutis, seu actus primi; sicut actio non est ratio formalis per modum virtutis, seu actus primi, sed per modum exercitii, seu actus secundi. Alia plura in Auctoribus invenietis.

Pro coronide hujus disputationis dubitabis: quid inter materiam, et formam dicendum

unica, ? duplex unio? Respondet dari 2plicem. Ratio: quoties cunque sunt aliqua, quae denominant relativae denominatione mutua, et ejusdem rationis, si ponitur relatio in uno extremo ad praestandum illam denominationem, debet etiam poni in alio, si est capax talis relationis, sed materia, et forma denominant relativa ad invicem denominatione ejusdem rationis; nam materia dicitur unita formae, et forma unita materiae: Ergo si in una ponitur relatio unionis, debet etiam poni in alia, cum utraque sit capax illius: non sic; sed debet poni in utraque una relatio: Ergo duplex. Atque de unione sufficiant.

Distinctio 6a

De corpore naturali, seu compostophico.

Hucusque de principiis corporis naturalis, seu compositi phisici egimus: nunc de corpore naturali, seu de toto phisico ex illis constituto sermonem proponimus. Ideoque sit

Quaestio 1a

Ex quibus essentialiter constat compositum substantiale?

§ Unicus.

Quaesitum vaeriter resolvitur.

Dari compositum substantiale, omnibus manifestum est, hocque definitur: quod componitur ex partibus phisicis se habentibus per modum actus, et potentiae per se: Contra vero compositum per accidens, quia istud non est actus per se subti. Compositum substantiale dicitur unum per se, quia componitur ex per se actu, et per se potentia, nempe, ex materia, quae est per se potentia, et ex forma, quae est per se actus. Ita D. S.s et Phus. Etiam ratione constat; quia materia, et forma sunt quid incompletum in linea substantiali; quare materia per se petit compleri in tali linea per aliquem actum substantialem, cujusmunexis sit complere, qualis est forma.

Sit 1o: compositum substantiale essentialiter constituitur ex materia, et forma; unione vero tanquam conditione. 1o patet ex D. Augustino dicente: hoc verum est, quod non totus homo, sed pars melior anima est; nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis; sed cum est conjunctum utrumque simul habet hominis nomen. Probatur 2o paritur Pho: essentia, seu quidditas rei explicatur per ejus definitionem essentialem; sed compositum phisicum, phisice et essentialiter debet definiri, per materiam, et formam; Ergo &c.

Probatur D. S.: si quidditas hominis esset sola anima homo absolute,

et simplicitas esset immortalis, quia ejus forma, scilicet anima immortalis est, sed sequela est falsa: Ergo etc. = 2a pars probatur ex D. S. unio partium est quid extrinsecus adveniens, et compositum quid substantiale absolutum; sed nulla relatio est de essentia absoluti. Ergo etc. — 3a, sed totalitas necessario requisita patet; sicut unio et ponit partes ad constituendum compositum, et tandem hoc conservat, quod partes unitae manent: Ergo etc. Circa hoc nil speciale occurrit.

Quaestio 2a

An compositum substantiale physicum realiter distinguatur à suis partibus simul sumptis et unitis?

§ 1us

Aliqua notantur, conclusio stabilitur, et rationibus firmatur.

Quicumque praesentis quaestionis enodandae aggressus fuerit, ingenue fatebitur, adeo esse difficultatibus implicatam, ut vix ingeniosus quisque ab iis sese expedire possit. Pro resolutione nota 1o: nec totum, nec magis strictum sumtas esse totam quidditatem compositi, sed utraque esse partes essentiales constituentes totius; constitutis enim tanquam ex causis intrinsecis, et ratione earum tanquam ex necessaria relatione totum per se substantiale coalescit. De hoc ergo toto substantiali, ex partibus physicis essentialibus, ex materia, nempe, et forma constituto, loquimur in praesenti.

Nota 2o: compositum per se physicum realiter distingui à qualibet parte seorsim et distributive sumpta, nempe, à materia, et forma etiam unitis. Distinguitur quoque ab omnibus partibus collective sumptis, et non unitis; quia totum corpus, cujus anima posuerint simul existere, quod existat ut ... ob defectum unionis. Unde quaestio, an compositum physicum substantiale dicat aliquid realiter distinctum à suis partibus simul sumptis, et unitis; itaut praeter ipsas partes, et unionem importet aliquam entitatem substantialem, quam absoluti vocant 2da entitas.

D. Ill.r S.s in Reportatis, lib 3o, dist 2a, quaest 2a, et dist 22, et in suis Oxoniensibus lib 3o dist 2a, quaest 1a, et 8o met., de hac eadem materia tractat, et videtur sustinere partem affirmativam quam communiter amplectuntur Scotistae, et aliqui ex thomistica Schola. Ex alia parte aliqui ingeniosi Scotistae tenent Doctorem nullibi affirmare distinctionem totius à partibus collective sumptis, et unitis. Istam sententiam sequuntur aliqui recentiores Scotistae, et ex antiquioribus Illmus Brixinus, et quem communiter in S. Thomas, cum quibus sit nostra conclusio.

Totum per se substantiale physicum non distinguitur realiter à suis partibus simul sumtis, et unitis per mediantibus unionem. Hoc declarat ex D. S. qui in scriptis oxoniensibus dist 2a, quest 2a n 7o ita ait: Christus non dicitur compositus, licet habeat in se duas naturas humanam scilicet et divinam: nec etiam compositus perfectione dicitur duo licet habeat in se duo scilicet mag, et pag.

Præfata verba consonant illis quæ habentur in simbolo D. Atanasij: sicut anima rationalis, et caro unus est homo, ita Deus, et homo unus est Christus; ergo legitime ratione fides, sicut in Christo fit unum personale per unionem hipostaticam, ita servata proportione ex compositione, et anima fit unum essentiale. Nam sic: totum personale quod est Christo Domino fit per se mediante unione ipostatica ex natura humana et divina, licet sit aliquid tertium distinctum à qualibet natura distinctive, et ab utraque collective sine unione, non tamen ab utraque natura unita collective sumta ut ait Doctor; ergo similiter.

Respondent Thomistæ disparitatem esse, quia verbum, et humanitas non habent rationem causæ intrinsecæ respectu Christi, sicut anima, et corpus respectu hominis. Sed contra: licet partes distributive acceptæ sint causæ intrinsecæ respectu totius, non vero collective sumtæ, et unitæ; sed sic sunt ipsum causatum: ergo nulla est solutio. Probatur: licet natura humana, et divina distributive acceptæ, sint constitutiva intrinseca Christi Domini, collective sumtæ, et unitæ non sunt constitutiva, sed ipsum constitutum: ergo à pari. Ans concedit à Thomistis; cuique possunt essorari efficacissima paritate, quia non minus est de ratione constitutivi physici distingui realiter à constituto, quam de ratione causæ intrinsecæ à causato: ergo.

Probatur 2o

Authoritate Philosophi, qui in 4o physicorum, C 3o, ita ait: nec enim aliquid est totum, quam partes, et 2o de anima, C 1o, dicente: quemadmodum pupila, et visus est oculus, ita anima, et corpus est animal: ergo. Etiam constat ex D. Augustino 3o de trinitate, C 1o, dicente: homo nil aliud est, quam anima, et corpus. Et lib 23 de Civitate Dei, C ultimo, ait: cum est utrumque coniunctum, scilicet corpus, et anima simul habet hominem: ergo.

Probatur 3o ratione: per hoc præcise, quod materia, et forma constituant collective, et unitæ, constituit totum per se substantiale: ergo. Probatur: per hoc præcise,

qd constituat unum quid substantiale factum ex materia, et forma per unionem physicam, constituit totum per se; sed per hoc praecise, qd materia, et forma constituant collective, et connotative unitum, constituit unum quid absolutum substantiale factum ex materia, et forma per physicam unionem: Ergo etc. Maior est expressa D. Th.

Probo minorem: per hoc praecise, qd constituant materia, et forma factum unum quid absolutum substantiale per unionem, constituit unum quid substantiale factum ex materia, et forma per talem unionem; sed per hoc praecise, qd materia, et forma constituant collective, et connotative unitum constituunt factum unum per se; quia uniri nihil aliud est formalissime, nisi aliqua fieri unum, sive in uno re, et insuper tale unum in recto aspicit solum ipsas entitates absolutas, quae constituunt facte unum per unionem conceptum in obliquo: Ergo etc.

Amplius declaratur: quia per hoc praecise, qd materia, et forma constituant collective, et connotative unitum, aliquod totum constituit constans ex pluribus entitatibus, tamquam ex partibus: alias totalis compositum esset omnino simplex; sed illud totum conceptum est totum per aggregationem, quia ejus partes uniuntur vera unione, nec per accidens, quia uniuntur ex per se actus, et per se potentia: Ergo est totum per se et consequenter etc. — Respondetur tamen, qd per hoc praecise, qd partes constituant collective, et connotative unitum intelligitur unum tantum causaliter, non vero in recto, et formaliter.

Sed contra: per hoc praecise qd materia, et forma constituant collective et connotative unite constituit unum per se substantiale formaliter et in recto: Ergo etc. Probatur: ideo per hoc praecise, qd materia, et forma constituant collective, et connotative unitum, non constituerit unum per se substantiale formaliter, et in recto, sed tantum causaliter, quia materia, et forma collective, et connotative unitum sunt causa unius per se substantialis, non vero distributive assumpta; sed haec ratio vera non est: Ergo etc. Probo minorem: si materia, et forma collective, et connotative unitum essent causa unius per se substantialis formaliter, et in recto, ita essent totius per se substantialis causaliter; sed non sunt: Ergo etc.

Ulterius assignatur disparitatis: si ergo ad hoc ut detur unum per se substantiale causaliter non requiritur, qd antea materia, et forma uniant, et collective sumantur, sed ab illis distributive causatur, quare ad hoc ut detur unum per se substantialiter, formaliter, et in recto illud requiritur? et

Si totũ per se substāale causalitẽ ↄ distinguit̃ â suis partibꝰ colective, et ↄnotative unitẽ, cum unũ per se substaale formalitẽ, et in recto â suis partibꝰ colective, et ↄnotative unitis distinguit̃, si unũ per se substaale causalitẽ ab illis ↄ distinguit̃?

Insuper: quia per hoc præcise, q̃d maa, et fora intelligant̃ colective, et ↄnotative unitæ intelligit̃ una causa per se adquata ↄpositi juxta adversarios; sed una causa per se adquata ↄpositi ē unũ per se in recto: Ergo &c. illa mior ē certa; quia ē causa in recto, et formalitẽ ↄ vero causalitẽ, alias esset causa alterius causæ ↄpositi: Ergo &c.

Respondent ↄtrarij: esse unũ causæ per se unitate unias, ↄ vero unitate identitatis. Sed ↄtra ē; nã similitẽ dicimus de toto phico, esse unũ ↄ unitate sĩplicitatis, sed unitate ↄponis; alias esset, et ↄ esset ↄpositũ, q̃d ĩplicat: Ergo sicut maa, et foa, fit una causa per se unitate ↄponis, similitẽ fit unũ per se eadẽ unitate.

Assumptũ sic patet: illa causa ↄ dicit in recto unionẽ, sed q̃d absolutũ, nã ad absolutũ in causa sequit̃ absolutũ in effectu: Ergo &c. = Pbur ↄtr alia rõne: si totũ per se substāale phicũ esset realitẽ distinctũ â suis partibꝰ colective sumptis, et unitis, l esset distinctũ realitẽ adequate, l, realitẽ inadequata; sed nulo ex his distĩctionibꝰ distinctũ ē: Ergo &c. Pbur mior, quoad 1ã partẽ: ↄpositũ per se substāale ē formalitẽ totũ ↄstans essentialitẽ partibꝰ; sed totũ ↄstans essentialitẽ partibꝰ ↄ distinguit̃ realitẽ adquate ab illis colective sumptis, et unitis; alias distinguerit realitẽ adquate ab eo, q̃d ē, ejus adequata essentia: Ergo &c.

ↄfirmat̃ hæc rõ: naa humana ē formalitẽ ↄposita, seu sive ↄpositũ substaale; sed Vbũ ↄ distinguit̃ realitẽ adquate ab oĩbꝰ suis partibꝰ colective sumptis, et unitis; Ergo &c. Pbo mior: verbũ divinũ assumsit naã perfectã, integrã, ↄ sĩplicẽ, sed formalitẽ ↄpositã; sed ↄ assumsit aliud adquate realitẽ distinctũ â corpore, aĩa, et unione: Ergo &c. illa mior ē certa; nã corpus, et aĩa vi unionis aliq̃d formalitẽ ↄponunt, nõ aliud nisi naã, l, assignet̃: Ergo &c.

Pbur illa mior quoad 2ã partẽ: totũ per se hoc parte simul sumptas, et unitas nihil aliud includit; sed q̃d distinguit̃ inadequate ab alio, includit aliq̃d præter ~~aliq̃d~~ illud ergo totũ adhuc inadequate ↄ distinguit̃ &c. illa minor ē dificultas pbat̃, quia si totũ includeret aliquid præter partẽs, l illud

totũ esset; et ꝫ plat, qd præter oẽs partes totũ restit; ꝫ esset aliqua pars, et hoc ẽ chimericũ, quia præter oẽ partes nula datr pars, ꝫ qdõ sit inclusa in colectione oŭ partiũ.

Cfirmatr: maa, et fora ignis intrŝe unitæ sunt essentia adequata, et totalitas cposita ignis; sd tale cpostũ inadequatè distingui à sua essentia adequata Ɛgõ. Pbr maa: essentia adequata, et totalitas rei sunt præta illa partes, quæ colective sumta nihil deẽ, qd pertineat ad essentiã rei; sd partes maa, et forã ignis nihil deẽ, qd ad essentiã ignis pertineat Ɛgõ. Responsio cstariorũ inpugnacionis earũ alias que pponu vavitatis causa omitto

§ 2us

Principaliora arguta solbunt

Arguitr 1°: ex Arle 5° met, C 24 dicente: vixtria n sunt 6: Ɛgõ. 2°: lib 7° C 27: silaba Ba, n ẽ Be, et At: Ɛgõ. 3°: 1 met, C 2° divisit substã, in maa, et forã, et cpostũ: Ɛgõ. = Ad primũ Arlatẽ respondeo, Phũ loqui de numeris foralitẽ sumtis, et dicere, qd vixtria, seu duo ternaria, n sunt numerus 6narius, qd quidẽ certissimũ ẽ; quia 6narius n cponitr, ut ex partibs ex 2bus ternarijs, sd ex sex unitatibs, à quibs simul sumtis n dicit Phus 6nariũ esse realitẽ distinctũ.

Ad 2ũ dico, Phũ loqui de litteris B, et A, seorsũ sumtis, à quibs recte asst, distingui silabã Ba, quia B, et A, seorsũ sunt indiferentia, ut cponerẽ silabã Ba, ł silabã Abs, n autẽ loquitr de litteris B, et A, put unitis. Ad 3ũ dico, divisionẽ substantiæ, in maã, forã, et cpostũ esse tanquã includens, et inclusũ; ac si Phus diceret: ex substia, alia ẽ siplex ut, maa, alia siplex, ut fora, et alia cposta ex utraque, ut cpostũ, qd debent fateri cstarij, nã in utraque sententia, maa, et fora in cposto includunt.

Arguitr 2° ex D. S.: terminus ad quẽ generaonis ẽ aliquid habens entitatẽ perfectã: non autẽ ad esse corporis, nec animæ, nec ad ambo ista: Ɛgõ ad aliqd 3ũ ex eis. 2°: ex ipso dist 2a, quest 1a, n 3°, in Obxonis resps ita loquente: quantũ ad hũ ostendo, qd totũ sit aliud ab oĩbs partibs cjunctis, et disjuntis: Ɛgõ. = 3° ex eodẽ: quia alias si totũ n esset distinctũ à partibs, n esset tãtrõ entitatibus, qd ẽ per se unũ ad totũ, qd ẽ unũ per agregaoneũ, ut Cummulus lapidũ: Ɛgõ.

Ad hũ Ds respondet, nihil aliud sequi, nisi qd totũ sit aliud à partibs

ā unitis, partes enim unitæ sunt aliquod 3m habens entitatem per se unam, quæ neque ē per se entitas unius partis, neque alterius, neque utriusque simul ā unitæ; sed ubi sunt aliquod 3m ad cujus esse generandum tendit generatio; sed ut totalia solum participatis propriis habet, quod illud esse simplicis, quod totum generatione accipit, et corruptione amittit, consistit esse materiæ, animæ, et unionis non distributive, sed collective sumtis, quia ē ipsum esse compositi, seu totius.

Quibus enim sola unio sit generabilis, et corruptibilis, totum tamen in esse totius verè ē tam denominationis geniti, quia per generationem ultimo detrahitur ad existendum simpliciter, eum detrahitur ad habendum omnes suas partes, idē, non solum unionem, sed etiam materiam, et formam: has quippe habet totum ut partes suas, donec existat unio, quæ ex se ipsa componit totum, et reddit materiam, et animam actualiter componentes: Et hæc ē ratio, cur totum potius dicatur genitum, à generatione unionis, quæ creatur, à creatione animæ. Similiter per corruptionem unionis detrahitur totum ad amittendum suum esse simpliciter; jam enim materia, et anima non sunt partes actuales totius, et ideo sine ea, totum denominatur physicè corruptum.

Materia igitur, et anima rationalis, nec generantur, nec corrumpuntur distributive acceptæ, nec per modum termini formalis, veniunt tamen collective, et per modum termini denominationis, unde in morte totius non solum unio perit, sed etiam totum simpliciter in esse totius, neque ullum esse absolutum permanet nam illud esse, quod permanet in materia, et anima, fuit quidem totius, sed jam non ē totius: videatur 3 illa ca[?] lib. 1° de generatione dist. 1ª, quæst. 2ª, et notate, quod in toto præter unionem datur aliquid generabile, scilicet, forma corporeitatis.

Ad 2um respondetur, quod ibi D.r accipit conjunctum prout componitur disjunctum, ac proinde non loquitur de partibus conjunctis conjunctione unionis, sed solum conjunctione collectionis. = Ad 3um dico, quod si totum per se substantiale non distingueretur à suis partibus, simul sumtis, et non unitis, non esset differentia totius, quod ē per se unum à toto per aggregationem; et hoc ē, quod D.r intendit loco citato: totum enim per aggregationem ē suæ partes non unitæ; totum vero per se ē suæ partes simul sumtæ, et unitæ per modum actus et potentiæ, unione vera, et reali: unde tamen manifesta differentia

Arguitur 3° ex ipso D.r: si totum non esset aliud à partibus, sequeretur, quod nihil esset per se causatum à causis intrinsecis, materia, scilicet, et forma, quia istæ causæ causant compositum, quia partes causabit; sed istæ non sunt partes, neque alterius earum, neque ambarum, quia neutra ē causata, nec ambæ,

quia sunt 1a causa, et 1a principia rei, quae neque ex se, neque ex aliis fiunt: Ergo.
Hoc argumento

utuntur Scotistae qua ratione fundamentali ad stabiliendam oppositam Thesim: Sed neque ex se, neque ex intentione Doctoris probat distinctionem a partibus unitis collective sumptis; istae enim partes, sic sumptae, sunt aliquid per se unum, quod neque est praecise materia, neque forma, nec ambae simul praecise; sed ambae simul, et unitae; et hoc, quod est unum per se causatur a praedictis partibus tanquam a causis intrinsecis, neque aliud intendit Doctor, aut probat argumentum.

Sed replicabis cum Scotistis: forma, v.g., non causat se, nec materiam: Ergo dum causat totum substantiale, aliquam entitatem intrinsece causat realiter distinctam a materia, et forma: Respondetur retorquendo replicam: calor non est pars sui, nec subjecti, nec unionis: Ergo est pars hujus totius calidi, est pars alicujus ab illis tribus realiter distincta. Directe Distinguo antecedens: non causat se, nec materiam, nec unionem singulatim sumptas, concedo; copulatim acceptas, nego; quia sic sumptae sunt tota collectio ipsarum, et hanc collectionem intrinsece causat forma, eo ipso quod sit pars ejus; nihil enim est aliquid intrinsece causare, quam esse partem illius.

Arguitur 2o: omnis causa realis realiter distinguitur a suo effectu; sed partes simul sumptae sunt causae totius: Ergo realiter distinguuntur a toto. Major patet, quia forma est causa formalis, et materia causa materialis totius; sed non sunt causae totius separatae, aut seorsum sumptae: Ergo simul sumptae. Hoc est praecipuum argumentum opinionis oppositae, quod sicut fallax, sophisticum est, potiusque solutum. Reliquis tamen variis solutionibus, quibus Auctores potius vim argumento praestant, quam illud solvunt, illud in his instio in toto per aequiparationem: v.g., in cumulo lapidum, qui apud omnes (uno, vel altero excepto) non distinguitur a partibus simul sumptis:

Omnis pars realiter distinguitur a toto; sed omnes lapides simul sumpti partes totius cumuli: Ergo omnes lapides simul sumpti realiter distinguuntur a toto cumulo. 2o omnis pars numeri 6narii expeditur a numero 6nario; sed 6 unitates simul sumptae sunt partes numeri 6narii: Ergo 6 unitates simul sumptae separantur a numero 6nario. Hae argumentationes fallaces sunt, eo quod medium in majori sumitur in singulari, et distribuitur perfecte pro qualibet parte, aut causa in singulari; at vero in minori non distinguitur perfecte, quia non sumitur pro qualibet parte, aut causa in singulari, sed pro causis aut partibus in plurali; ideoque non tenet Thesis, ut patet in hoc sillogismo; omnis Homo est unum individuum; Petrus, et Paulus sunt Homines: Ergo Petrus, et Paulus sunt unum individuum.

In forma respondeo distinguendo maiorem: omnis causa realis extrinseca distinguitur ab effectu, intrinseca, subdistinguo: realiter adequate, nego; inadequate, et per modum partis a toto, iterum subdistinguo: loquendo de qualibet causa intrinseca in particulari, concedo; loquendo de causis intrinsecis simul sumptis in plurali, nego maiorem. Itaque quaelibet causa extrinseca adequate distinguitur à suo effectu, et omnes causae extrinsecae simul sumptae, quia non causant intrinsece constituendo effectum, sed per emissionem entitatis à se distinctae, ut causa efficiens, et finalis.

At vero causae intrinsecae, quales sunt materialis, et formalis causant effectum illud intrinsece constituendo tanquam partes illius; unde sicut quaelibet pars totius realiter inadequate distinguitur à toto, ita similiter quaelibet causa intrinseca realiter inadequate distinguitur ab effectu. Ex hoc tamen non sequitur totum distingui realiter inadequate ab omnibus partibus simul sumptis, et unitis, ~~[illegible]~~ quia ideo distinguitur à qualibet parte sua causa intrinseca inadequate, quia ultra illam includit aliam partem, et unionem; cum vero ultra omnes partes intrinsecas unitas nihil aliud includat, non debet ab illis inadequate distingui.

Deinde

mento quaestionis inquires, quid dicendum sit de aliis compositis respectu suarum partium? dicendum est servatis servandis idem, ac de toto essentiali physico, scilicet, quod totum metaphysicum non distinguitur à suis partibus simul sumptis, et identificatis, nec totum integrale à suis partibus unitis; nec totum per aggregationem à suis partibus simul sumptis, et aggregatis; nec totum artificiale à suis partibus artificialiter unitis; nec denique totum per accidens à suis partibus.

Hic solet dubitari, quod compositum substantiale sit primum subiectum accidentium? Subiectum accidentium aliud est inhaesionis, illud, scilicet, cui accidens inhaeret; et aliud denominationis, et est, quod denominatur ab aliquo accidenti, sive ipsi inhaereat, sive non. Unde bene potest, aliquid esse subiectum denominationis tantum absque inhaesione. Homo enim denominatur intelligens ab intellectione inhaerente tantum animae. Subiectum inhaesionis aliud dicitur quo, et est ratio qua subiectum recipit accidens; aliud dicitur subiectum quod, et est, quod accidens recipit mediante subiecto quo, ut quantitas, intellectus, est subiectum quo respectu intellectionis, anima vero subiectum quod. De hoc subiecto, et de accidentibus materialibus perfectis procedit praesens dubium.

Pro resolutione dico: subiectum quod primum accidentium materialium est compositum.
Probatur ratione: in illo subiecto primo mediate accidentia materialia subiectantur, ad quod perficiendum

in rerum naa dantur; sed solum quod compositum perficiendum dantur, et naaliter: Ergo &. Confirmatur: unumquodque compositum specie ab alio distinctum, accidentia specie distincta sibi debeat; sed ita non esset si non reciperentur immediate in composito, quia nihil maa sibi debeat in genere subiecto: Ergo &. Patet ex hoc contra Thomistas, et alios magis quam non esse tale subiectum. Et aptius demonstratur; quia si maa esset tale subiectum, nullus esset modus violentus in rerum naa quia non dicitur motus violentus, nisi quando subiectum dicit repugnantiam ad recipiendum formam; hanc repugnantiam maa non dicit, sed ut naaliter recipit: Ergo &.

LIBER [illegible] PHICORUM SECUNDUS

Posquam de corpore naali, et de principiis intrinsecis illius in 1° libro egit ille, in hoc 2° de ipsius corporis naalis causis, tam intrinsecis, quam extrinsecis, de naa, et aliis tractavit; Nos eius vestigia sequendo eundem ordinem servamus; sed prius de naa sermonem instituimus. Ideoque sit

Distinctio 1a de naa.

Questio 1a

Quid sit naa, et quibus raonem conveniat? Et unicus interrogationibus respondet.

Naa nomen multipharie accipitur. Sumitur pro mente divina quatenus rerum omnium est Artifex; sumitur pro raone communi, quatenus a suis individuis praescindit; sumitur pro universo, et pro ordine in illo: sumitur pro ordinatione causarum cum effectibus; sumitur pro generatione viventium; et pro maa 1a, quatenus est tum subiectum substantialis generationis. Sed quatenus ad physicam pertinet, naa dicitur principium intrinsecum motus et quietis, ut declarat Arist 2° physicorum, id est, naa est intrinseca cuiuscumque rei creatae virtus, qua mittitur ad adquirendas, et conservandasque decentes sibi perfectiones.

Porro duo quaedam in hoc ipso reducenda nempe, principium activum quo res agit, et potentia passiva, qua perfectiones suscipit iuxta naalem inclinationem suam, per quam a violento se secernit; in quo sensu hic sumitur. Naa prout se tenet principium activum, denotat rem necessario operari, atque ita naale oponitur libero: significat etiam

naalibs suis viribs agere posse; Unde oponit supernaali, qd ex sortit creaturarq vires-
tra explat D[us]; in 4°, dist 4, quest 4a.

Verq si phice accipienda ē naa q portat princi-
piq, seu potentiq passivq: Eterq Sti naalis ē sanitas, sive illa ab eodq Stte spiiad,
sive ab agente strinseco pveniat: ita etiq tribs dicit aqua naalis, et siquando-
que strinseca causa frigidatq aquq reddat. Eodem modo motus sursq dr̄. Sti malis,
et si ab intrinseco aniq principia speciat. Ratio eq. Motus dicit naalis, quia cor-
respondet intrinsece inclinaoni illius rei, quq mobet; secus erit violentus.

Igit si na-
ab corporis principiq habeat activq alicujs perfeonis, id nihil ostat, ut dicat cor-
pori naale, q ejus nativq inclinaoni correspondet; at si desit principiq passivq, seu
inclinaoq, nunquq corpori perfectio naalis erit. Hinc Ales sitatus Cp 2° distinguit
naalia ab artificialibs penes hoc principiq passivq, qd Svenit illis, n autq istis,
qd expressit Scotus in 2°, dist 2a, quest 1a. In maa, et fora substrali rao naq
invenit, eq ex ipsis Spositq substale naale Sstituat, qd ex n naīs Sstitui nequit;
et etiq quia Phus 2° phicorq, textu 10, dividit naq in maq, et forq.

Sed notate, qd
licet in rigore illis Sveniat rao naq, put hqc ē principiq motus, et quietis, illis
n Svenit, put naa Sstituit obtq phicq Ales; quia eq intentq ejus sit agere de cor-
pore naali, sequit solq loqui de illa naa, quq ē ppria hujus istius, et ideo apelat
maq, et forq naas corporis naalis, n vero habentia naa, de qua tanquq de obtuali-
tuonis, et de principio qd motuq accentaliq in ejus philosophico tractat.

In substais
quoque spiratalibs creatis rao naq invenit, eq plurimas subscipiant perfeonis il-
larq inclinaoni correspondentes. Non ita se habet Deus, quia ut nulas de novo sub-
cipit perfeonis, ita n ē naa justa sonsq phicq, sed supra naq. Hinc intelligit perfe-
tionq aliquq posse esse creaturq naalq, quatenus ē juxta illius inclinaonq, etiq si
obtineri n posse per solas creatas vires, sed per specialq Dei supernaalq operaonq.
Sic beatifica visio Dei, ē menti humanq naalis licet viribs naq obtineri n
posse.

Quando autq creaturq se ipsq active movet, ut eq grave deorsq cadit, ut
aqua deperdita recuperat frigiditatq, tqc naalq dicunt oppositq, n put

naturale opponitur violento, seu quatenus libero, et supernaturali: nec locus deorsum est corpori gravi naturalis physice, aut frigiditas aquae, nisi quatenus passivo connotant potentiam. Ex dictis itaque natio naturae apparet, quatenus ad physicam expectat: Unde corpus naturale est illud, quod in se ipso intrinsecum habet principium, seu potentiam passivam, quae formas, et perfectiones sibi connaturales valet subscipere.

Distinctio 2.ª de causa ut sic; sive in communi.

Quaestio 1.ª

Quid et quotuplex sit causa, et ejus causalitas?

§ 1.us Quaesito quoad omnia satisfit.

Multas causae in communi definitiones Authores tradiderunt, sed ab autoribus sic communiter definitur: est principium influens esse in aliud. Haec dividitur in primam, et secundam. 1.ª est solus Deus. 2.ª quodlibet agens creatum. Ista subdividitur in naturalem, seu necessariam, et liberam. 1.ª est, quae positis omnibus requisitis ad agendum necessario operatur, ut ignis. 2.ª est quae illis positis potest agere, vel non agere: talis est voluntas, itemque solet vocari moralis, eo quod libertas fundamentum moralitatis est. Amplius causa ut sic dividitur in intrinsecam, et extrinsecam. 1.ª est quae effectum intrinsece constituit. 2.ª quae extrinsece influit in effectum.

Insuper dividitur in 4.or genera causarum, scilicet, in materialem, formalem, efficientem, et finalem. Haec divisio videtur adaequata, quia ad has 4.or causas omnes aliae reducuntur. Et etiam, quia ut ens naturale producatur, sufficit, quod fiat ab aliquo principio quod est causa efficiens; quod producatur ex praesupposito subjecto, quod est causa materialis; et cum ista non sit tota essentia, debet habere aliam compartem per quam fiat, et est causa formalis, et denique cum agens naturale semper propter finem operetur, debet dari propter quod fiat, et est causa finalis; sed nulla alia causa est necessaria ad entis naturalis existentiam; Ergo praedicta causae divisio adaequata est.

Advertite tamen, quod omnes 4.or causae ad quemlibet effectum, dummodo simplex non sit concurrunt. Effectus simplex est a Deo immediate producitur ut materia 1.ª, anima rationalis, et Angelus. Etiam advertite, quod quamvis istae quatuor causae respectu ejusdem effectus distinguntur, tamen eadem res respectu diversorum valet rationem aliarum causarum inducere: siquidem calor est causa efficiens respectu alterius caloris, causa formalis respectu subjecti, causa ma=

alis respu suarum relaonum, et denique causae finalis respu mediorum, quae ad suam pro-
ductionem aplicantur.

Nunc restat explanare quid sit causalitas, seu in quo formaliter consis-
tat rao causae? Causa considerari potest, vel in actu 1°, vel in actu 2°. In actu 1° consideratur,
quando non dum actualiter causat, sed solum est pena producere effectum. In actu 2°, quando actualiter ca-
usat, seu tribuit esse effectui. Causa in actu 1° potest esse in actu 1° remoto, ut quando deficit
aliqua conditio ad causandum; et in actu 1° proximo, ut quando non deficit: Et quidem sive
sumatur in actu 1° remoto, sive proximo, absdubio constituitur per virtutem suam causativam
pesionie.

Dubium ergo solum est de causa in actu 2°; an scilicet, constituatur per aliquid absolutum,
vel respectivum, et realiter prius effectu? Dico 1°: si causa consideratur in actu 2° fundamenta-
liter, nihil aliud est causalitas, quam ipsa virtus productiva causae connotando influxum, seu effectum
in fieri. Patet; quia causalitas, qua aliquid denominatur actualiter causans est forma acti-
va prior natura effectu, et qua causa communicat esse effectui; talis non est relatio, cum necesit
forma activa, nec prior effectu, immo posterior, cum resultet ex positione fundamenti, et ter-
mini: Ergo &c.

Dico 2°: si causalitas consideratur in actu 2° formaliter est relatio causae ad effectum,
cum terminum mediat inter causam, et effectum. 1ª pars patet; quia nomen causa est relativum, cum
sit formaliter ad effectum; sed relativum dicitur tale formaliter per relaonem, ut patet in similibus:
Ergo &c. = 2ª pars constat ex Dº in 2°, dist 1ª, quest 1ª, § ad argumentum, ubi ita ait: dico::
quod ad absolutum in causa immediate sequitur absolutum in effectu; et in effectu 1° consequitur
respectus ad causam; et ideo si aliquis est respectus causae ad effectum, iste respectus ad effectum est
ultimus, et aliquando nullus.

Distinctio 3ª de causis in particulari

Quaestio 1ª quid sint causae materialis formalis efficiens, et finalis.

§ 1ius

More doctrinali quaesitum resolbitur

Ex ipsis definitionibus materiae, et formae, quid sit causa materialis, et formalis constat: Ce-
terum cum materia, et forma non solum sint causae intrinsecae constitutivae compositi, sed etiam unaquaeque

Secundo certum est, aliquas substantias, sive imperfectas, sive perfectas nullam substantiam producere. Sic se habent fatum, lapis, et Angelus. Unde difficultas solum est: an illae substantiae, quae sunt alterius substantiae productivae, producant ipsam immediate, vel potius medio aliquo accenti?

Tomistae dicunt: substantias non esse immediate operativas, quia operantur per accentia ut per virtutes productivas: unde nulla potentia, seu virtus operativa est ~~in~~ substantia in sententia Tomistarum, sed potius aliquod accens realiter distinctum a substantia. Hinc potentias animae ut ipsius accentia realiter distinguunt ab ipsa animae substantia. Contra vero Scotistae docent, virtutem operativam substantiae non esse aliquod accens, sed realiter identificari cum ipsa substantia, quae nullo alio realiter distincto, sed per se immediate influit in effectum, sicque est immediate operativa. Placet ipse sententia.

Probatur ratione. Deus Scotus: nullum imperfectius potest esse causa perfectioris; sed accens est imperfectius quacunque substantia: ergo nullum accens potest esse causa alicuius substantiae; et consequenter substantia, et non accens producit substantiam. Maior adeo est per se nota, ait Doctor, ut si pertinaciter quis eam negaret, posset etiam affirmari universum posse ab una Musca produci. Suadetur tamen: nullum agens potest agere ultra perfectionem, et virtutem, quam in se formaliter, vel virtualiter continet; sed si imperfectius produceret perfectius (cum illud non formaliter, nec virtualiter contineat) ageret ultra virtutem, quam in se formaliter, vel virtualiter continet: ergo etc.

Respondent Tomistae; accens producere substantiam in virtute substantiae; nam licet in ratione entis sit imperfectius substantia, est tamen equalis illi, in ratione operativi: aut accens autem esse productivum in virtute substantiae, non est accens accipere a substantia aliquam virtutem transitive, sed intransitive, quatenus accens se ipsum est virtus a substantia dimanans, illique subordinatur, et consideratur, ut suos effectus producat.

Contra: ipsos impugnat alata ratione; alias possemus defendere Muscam posse totum producere universum, vel saltem potuisset producere. Et si arguatur, hoc esse impossibile, quia imperfectius ~~posset~~ nequit producere perfectius, pariter respondemus Muscam esse imperfectam universo in esse entis, non vero in esse operativi, quia operatur in virtute primi agentis, quatenus ab ipso intransitive accipit propriam formam, et virtutem; at hec omnia sunt absurda. Ergo et alata responsio.

Probatur 2°: ideo accens in virtute substantiae est potens producere substantiam, quia derivatur ab illa, ut eius virtus, et ipsi subordinatur; sed hoc ad id non sufficit. Ergo etc. Probatur minor: per illam habitudinem, seu subordinationem ad substantiam, non augetur virtus accentis, ita ut sublevetur ad superiorem ordinem, et possit equalis cum substantia

taa; ~~...~~; relinquit illud in suo esse entitativo intra ordinem accentis cum solo respectu, seu ordinatione ad substantiam, cum rationabiliter distinctam: sed sic ~~...~~: Ergo quae est perfecta, et ignobilis relinquitur entitas accentis ut virtus substantiae, seu cum tali subordinatione, aut sine illa, et ex se; sed per vos entitas accentalis est de se potens producendi substantiam: Ergo est ut virtus derivata a substantia.

Ceterum respondent: effectum debere commensurari in perfectione cum causa principali, et radicali, non autem cum virtute, et principio quo primo, unde ex alata probatione tantum sequitur accens non esse causam principalem, et radicalem, sed solum instrumentalem, seu per modum principii quo, seu virtutem respectu substantiae. Sed contra: effectus debet commensurari in perfectione cum causa a qua accipit esse; sed substantia accipit esse ab accentibus, cum per vos substantia nec partialiter immediate concurrat: Ergo etc.

2°: effectus debet commensurari cum causa illud continente, non a[d] continentia ori productiva, sed virtus adequata productiva effectus est contentiva illius: Ergo cum hac debet commensurari effectus productus in perfectione: non ergo substantia potest produci a virtute, seu principio quo accentali. Confirmatur a paritate: lumen gloriae juxta Tomas est virtus, seu principium quo productivum visionis beatae; sed visio beata cum sit supernaturalis, commensuratur lumini gloriae, non autem intui, qui est causa principalis, et radicalis: Ergo effectus productus potius commensuratur in perfectione cum virtute, seu principio quo primo, quam cum principio quod radicali remoto: Ergo virtus productiva substantiae non est accentalis, sed substantialis.

§ 2us

Argumenta Tomistarum solvuntur.

Arguitur 1° fundamento Tomistico: potentiae respicientes actus diversae lineae, et adequate diversos realiter distinguuntur, ut patet in potentia visiva, et auditiva; sed substantia, et potentia operativa respiciunt actus diversae lineae, et adequate diversos: Ergo substantia realiter distinguitur a potentia operativa, ac per consequens immediate non operatur. Probatur minor: substantia respicit existentiam, et esse tanquam actum primarium, et potentia operativa respicit operationem; sed existentia, et operatio sunt actus diversae lineae, et adequate diversi; nam existentia, et esse substantiale pertinent ad lineam entis substantialis, operatio vero ad lineam accentis: Ergo.

...te uti istud, quod ... incalcant Tomistae, parum involvit falsi; nam si aliquid probaret, ubique quod in accente essentia, et virtus operativa realiter distinguerentur, quia essentia accentis respicit existentiam, et eius virtus respicit operationem. 2° ... nam intus, et voluntas respiciunt actus diversae lineae, et adequate diversos, et tamen in Tomistarum sententia realiter non distinguuntur. Sed permissa

mari poss respondere, quod substantia non est potentia subiectiva ad existentiam tanquam adaequata, quae utramque a se realiter distinctam; nam in nostra sententia idem realiter est substantia cum existentia.

Neque existentia esse actum adaequatum respectu substantiae; nam haec non solum ordinatur ad esse, sed etiam ad operari: nec oppositio est actus adaequatus distinctus ab existentia; oppositio enim actualis actu existit, et sunt duo actus subordinati, ac per consequens respiciunt diversas potentias. == Arguitur 2°: si forma substantialis esset principium primum operationis, habens talem formam semper operaretur in actu 2°; sed hoc est falsum: ergo. Sequela probatur: ideo habens animam semper est actu vivens, quia anima est immediatum principium viventis: ergo.

Futile, et undequaque efficax argumentum: vivens enim non semper vivit in actu 2°, quia non semper exercet operationes vitae. Insuper magna est disparitas inter principium vivendi, et principium producendi: anima enim est principium vivendi in genere causae formalis; existente subiecto necessario existit effectus formalis illius, ideo recepta anima subiectum est actu vivens.

Ceterum substantia aliam substantiam producit in genere causae efficientis, ut ignis ignem; causa autem efficiens ultra virtutem productivam indiget aliis requisitis ad operandum; ideo si haec requisita deficiant, subiectum habens talem formam non necessario actualiter operabitur. == Arguitur 3°: accidens potest destruere substantiam: ergo et illam producere. Patet consequentia, quia corruptio unius est generatio alterius. Probatur antecedens: calor, v.g., intensus potest destruere substantiam aquae, quia potest expellere ab aqua eos gradus frigoris, sine quibus aqua conservari nequit: ergo.

Respondeo 1° negando consequentiam, quia plus requiritur ad efficiendum, quam ad destruendum. Corruptio autem unius non formaliter generatio alterius, sed solum materialiter, seu concomitanter. 2° distinguendo antecedens: potest dispositive, transeat; directe, et formaliter, nego. Calor enim solum, enim solum dispositive destruit substantiam aquae, quatenus per frigiditatem, et calorem tollit aquam, itaut ignis sua immediata actione formam substantialem aquae destruat, aliamque novam formam substantialem producat: numquam ergo accidens potest immediate, et directe absque aliqua destructionem aut productionem substantiae.

Arguitur 4°: virtus productiva ut quo non debet esse nobilior, nec aeque nobilis cum effectu: ergo ruit nostra probatio. Probatur antecedens: substantia producta est ens completum, virtus autem productiva est quaedam qualitas, ens que in completum, sed ens

cpletu ē entis ꝗ cpleto perfectius. Ergo &c. = Distinguo ans: virtus productiva formaliter sumpta et praecisive, seu metaphysice, concedo; physice, et realiter, nego; quia virtus productiva physice, et realiter sumpta ē ipsamet causa principalis, quae effectus perfectione excedit. Hoc nulatenus convenit accentiis cum realiter distinguatur a causa principali.

Arguitur 5° accentia vini post consecrationem habent virtutem convertendi guttam aquae in vinum: Ergo producunt formam substantialem vini. = 2° Sol, et astra generant aurum, argentum, et alia metala; sed ad tales generationes concurrunt immediate astra, sed solum calor, et aliae qualitates ab astris emissae, cum nihil posse agere in distans: Ergo jam accentia producunt substantiam. 3° celum candens inducit formam ignis, quam stupam sibi approximatam per solum calorem: Ergo &c.

Ad 1um respondeo, substantiam vini in illa conversione produci a solo Deo supplente activitatem formae vini ad efficientiam accentiis vini, et ad occultandum misterium: Ad 2um dubia ē major; illa tamen admissa, dico, quod effectus, qui possunt contineri in virtute astrorum, immediate producuntur ab astris (nec actio in distans ē impossibilis) accentia vero cum sint perfectiora celis, nequeunt totaliter ab illis produci, sed a causa 1a. = Ad 3um: ferrum candens producere ignem per veras scintillas ignis inter poros ejus occultatentis.

§3um

Aliqua dubia breviter resolbuntur.

Dubitabis 1° an substantia sit immediate operativa aliquorum accentium? Respondet affirmative. Probatur: aqua calida reducitur ad naturalem, et antecedentem frigiditatem; sed nulla datur causa immediate productiva illius nisi ipsa substantia aquae, in qua talis frigiditas recipitur: Ergo &c. Illatio patet: nam talis causa non potest esse agens productivum aquae, quia post jam non existere; nec Deus, nam ad causam 1am non debet recurri, nisi deficiente 2a, et hic deficit, cum detur aqua, quae ē sufficiens productiva.

Dubitabis 2° an aliqua accentia sint activa? respondet affirmative de qualitatibus. Et probatur: calor separatus ab igne produceret calorem, lux separata a luminoso produceret lumen: Ergo &c. Dubitabis denique: an accens producat substantiam saltem partialiter, et inadequate? negative respondet; quia causa partialis debet habere aliquam proportionem cum effectu, et accens nullam proportionem cum substantia habet. = Sed dices contra: in igne producto reperitur aliqua formalitas correspondens calori ignis producentis: Ergo &c.

Probans: reperitur pars productiva caloris; sed hoc reperitur in calori ignis producentis, nam etiam ē productivum caloris: Ergo &c. = Respondeo: non sufficere ad continentiam correspondentia unius partis cum alio, alias una quantitas pos-

et alia producere; requiritur igitur, quod aliquod praeter effectum exigat produci ab una causa, et non alia; et ex praeter caloris productivi in igne producto dicat exigentiam producendi ab igne, et non a calore; quia quod aliquod praeter sit indifferens ad produci ab una, vel altera causa, debet regulari per reliqua praedicata a quibus contrahitur; inde ut etc.

Quaestio 3a

An detur praemotio physica, seu concursus praevius physice praedeterminans causas 2as ad earum effectus?

§ 1us

Aliquibus suppositis, Scoti sententia ponitur et rationibus probatur.

Quamvis persuaderis haec quaestio potius ad theologiam, quam ad physicam spectat, tamen illam quo ad causas physicas naturales pro nunc venerit absolvimus. Inquiritur ergo, quomodo Deus cum causis 2is ad effectus earum concurrat? et quidem sententia est, omnes causas 2as in suo esse fieri, et conservari, dependere a Deo; nam in ipso vivimus, movemur et sumus: Deum quoque immediate influere in earum effectibus, ut patet ex illo Psalmi 146, qui producit in montibus foenum, et herbam servituti hominum; et etiam ratione; nam potest Deus effectus causarum 2darum impedire, ut visum fuit in igne babilonico.

Unde difficultas est circa praedictum concursum simultaneum, seu concomitantem, quo Deus concurrit cum causis 2is ad suos effectus producendos, de alio praevio concursu, quo Deus ante ad operationem causarum 2darum illas praemoveat, et determinet ad operandum, producendo illis quandam physicam qualitatem, quae apud Thomistas physica praemotio, seu praedeterminatio nuncupatur? haec quidem (ajunt Thomistae) ita essentialiter connectitur cum effectu, ut infallibiliter sequatur; et taliter esse necessariam ad operandum, ut sine illa causa 2a aliquid efficere non posse, nec talem praemotionem impedire, cum omnino a Deo dependeat.

Huic propositioni ita sunt praemoti Thomistae, ut seclusos reputent a Thomistica schola quosquos hanc sententiam non sequuntur: illam quae alii statuunt ad salvandam subordinationem causae 2ae ad 1am; alii ad tollendam differentiam causarum 2darum. Sed nihil horum Scotus necessarium reputant, tam in causis naturalibus, quam in liberis, immo contra istarum naturam esse affirmant; ideoque cum ipsis nostrum sententiam sic statuimus: Non datur concursus praevius, seu physica praemotio, qua Deus determinet physice causas 2as ad operandum. Ita Doctor Subtilis in 4, dist 1a, quaest 1a, versu ad alterum; et in 1, dist 1a, quaest 1a, numero 4, cujus verba vrebitatis causa omitto.

Probatur ratione tam de causis naturalibus, quam liberis: si ad aliquod esset necessaria physica praemotio, maxime ut Deus operaretur

cum causis 2is, tamquam causa superior, causas 2as sibi in operando subordinans; sed ad hoc non: ergo &c.

Maior est doctrina contrariorum. ubi maior multipliciter probatur, 1° ut creatura subordinata Deo in operando sufficit, quod ejus oppositum, et effectus dependeat indispensabiliter a concursu Dei: ergo non est necessaria physica praemotio ad hanc subordinationem. Probatur 2° praedicta minor: ut Deus operetur tamquam causa superior sibi causas 2as subordinans (ad) sufficit, quod concurrat per virtutem se extendentem ad actionem cum causarum 2arum; sed hoc sufficit concursus simultaneus, namque Deus sic oppositum est superior qualibet causa creata, sed nulla sine tali concursu operari potest: ergo ad subordinationem &c.

Probatur 2° praecipue de causa naturali: supposita in igne virtute completa ad producendum alium ignem, nihil deficit intrinsecum igni, ut exsistat in actu 2°: ergo praemotio physica inutilis est. Probatur antecedens: supposita virtute completa in igne solum desideratur praemotio impedimentorum, et concursus simultaneus Dei; sed haec omnia sunt extrinseca ignis: ergo &c. Probatur minor: approximatio ignis ad lignum, et ablatio humiditatis nihil intrinsecum ponit in igne: ergo &c.

Probatur 3° loquendo de causa libera: eo modo dicendum est causam 1am concurrere cum 2a, quo possit salvari illaesa libertas creaturae; sed ex concursu causae 1ae per talem physicam qualitatem non salvatur illaesa libertas creaturae: ergo &c. Probatur minor: libertas quippe prima, et indifferentis (de qua modo loquimur) est facultas, quae positis omnibus requisitis ad agendum, potest agere, vel non agere, prout ipsi libuerit; sed posito concursu causae 1ae per talem physicam qualitatem, causa 2a jam non potest non agere, quia infallibiliter connectitur cum actu: ergo &c.

Confirmatur: voluntas, quae positis omnibus requisitis ad agendum, non potest omittere actionem, non libere agit; sed posita tali physica qualitate, seu praemotione ab adversariis ponitur essentialiter requisitum ad actum, atque illa posita cum essentialiter connectatur cum actu non potest voluntas omittere actionem: ergo posita tali praemotione voluntas non libere agit.

Confirmatur 2°: quando duo mutuo essentialiter repugnant, qui non potest tollere unum, non potest ponere alium, &c, si haec duo repugnant: vinctum esse catenis, et ambulare, qui non potest tollere catenas, nec etiam ambulare; sed tali physica praemotione posita in voluntate ad aliquem actum, essentialiter pugnat cum omissione talis actus cum essentialiter connectatur cum ejus contradictorio, nempe, actus voluntatis, et nostra non potest tollere illam praemotionem, cum sit impedibilis, et infrustrabilis: ergo non potest ponere omissionem actus; et consequenter &c.

Respondent aliqui Tomistae, cum Palam-
eo 2plicem esse potentiam liberam: unam de ordine supremo qualis est voluntas divina; aliam de ordine causae 2ae, seu 2i agentis, et utraque in sua linea esse liberam: divinam quidem, quia positis omnibus requisitis, quaecunque illa sint, potest agere, et non agere; creatam vero esse liberam ex eo quod possit agere,

et non agere positis omnibus requisitis creatis, et intra suum ordinem existentibus, non vero positis prae requisitis divinis, qualia sunt scientia Dei, ejus praedeterminatio.

Unde dicunt quod ad hoc quod causa 2a sit libera non requiritur, quod habeat potestatem ad non agendum supposita Dei praedeterminatione; et sic salvari voluntatem esse liberam in suo ordine creato, quibus posita praedeterminatione non possit oppositum mittere. — Sed contra 1o: praefata responsio opponitur Tridentino Sess. 6a, Canone 4o ubi definit, quod posita gratia efficaci potest homo dissentire si vellet: Ex quo sit contra illos insurgo videlicet explicando Tridentinum loquitur supposita gratia efficaci, velle non posse dissentire si vellet, quia deberet liberum arbitrium creatum; sed juxta Thomam posita in voluntate tali physica praemotione non potest voluntas dissentire si vult: Ergo tollit libertatem creaturae.

Contra 2o: causam esse liberam in suo ordine creato nihil aliud est, quam in tali ordine esse indifferentem ad agendum, et non agendum; sed posita praedeterminatione Dei ante ad oppositum, non manet voluntas indifferens ad non ponendum actum: Ergo etc. Probatur major ..., et minor tenet; nam voluntas licet praemota, seu praedeterminata sit, non transit de ordine creato, et reali ad alterum ordinem, sed semper in suo ordine reali creato persistit; sed causa, quae in suo ordine non est indifferens ad ponendum, et non ponendum actum non est libera: Ergo etc.

§ 3us

Argumenta Thomistarum, et aliorum solbuntur

Arguunt 1o Thomistae contra nostram rationem probatione ex capite libertatis: praemotio omnis determinans nostram voluntatis nedum non dedit nostrae actioni libertatem, sed potius eam abstulit, et causat: Ergo ejusmodi praemotio ex capite libertatis non est rejicienda. Probatur antecedens: quia probat non fieri, quod Deus efficaciter fieri decernit, sed Deus per talem praemotionem decernit efficaciter non solum substantiam actus liberi, sed etiam modum libertatis, hoc est, non solum decernit fieri actum, sed etiam fieri libere, et modo libero: Ergo probat talem praemotionem non causare nostram liberam existentiam.

Respondeo negando antecedens, minorem autem probationis; probat, quia licet Deus voluntate sua omnipotenti, quidquid non repugnat efficere possit, non tamen per media contradictoria et per causas effectui repugnantes. Decernere potest existentiam frigoris, sed non calorem producendo. Decernere potest actum discurrere, sed non mediante irrationalitate. Ita in proposito decernere potest actum fieri libere, sed non praedeterminando nostram libertatem, et ante ad ejus determinatione ipsam inevitabilem, et impedibilem applicando [illegible]

Urgebis 2° p[ro]missa [illegible] liberu[m] relinquit plenu[m] libertatis potestate[m] ad eliciendu[m] actu[m]: Ergo ad [illegible] libertatis. Prob[atur] ant[ecedens] 1° quia [illegible] p[ro]mi[ssa] [illegible] tantu[m] ex parte actus 1ⁱ, sed ex parte actus 2ⁱ (ut dicunt aliqui [illegible]) est [illegible] actus 1ⁱ ad 2[um]; sed detracta, et applicatio actus 1ⁱ ad 2[um] supponit plenu[m] voluntatis libera[m] potentiae [illegible]: Ergo. 2°. q[uia] [illegible] voluntas p[rae]determinata ad actu[m] [illegible] possit omittere, [illegible] in sensu [illegible], in sensu [illegible] p[rae]determinatis ad illud, p[ro]ut [illegible] in sensu diviso: Ergo [illegible] ad utrumque.

Petit hac paritate, [illegible] possit [illegible] in sensu composito [illegible], [illegible] possit [illegible] in sensu diviso a [illegible], [illegible] separata a [illegible]: Ergo quoties p[rae]determinat [illegible] possit [illegible] omni[um] [illegible] p[rae]determinare ad [illegible] sensu et diviso a p[rae]determinatione ad [illegible] (Sed [illegible] respondent aliqui Thomist[ae]) Aliqui [illegible] paritate simili modo formant, et hoc fundamentu[m] [illegible] Thomistarum [illegible] ipsos [illegible] obtinet: Ergo [illegible] illoru[m].

Respondeo ergo [illegible] ant[ecedens], ipsu[m] distinguendo: relinquit liberu[m] potestate[m] intrinseca[m] et remota[m], transeat; primam et expeditam, nego. [illegible] similiter distinguo maiore[m]: p[rae]motio [illegible] habet ex parte actus 1ⁱ, si [illegible] intelligatur [illegible] intrinseca et remota voluntatis, transeat; si intelligatur [illegible] prima et expedita, nego. [illegible] illoru[m] [illegible] p[rae]motione[m] [illegible] habere ex parte actus 1ⁱ, sed ex parte actus 2ⁱ [illegible] ipsa [illegible] illoru[m] principiis: [illegible] antecedit actu[m] [illegible] habere ex parte actus 2ⁱ, sed ex parte actus 1ⁱ.

[illegible] voluntatis indifferentia[m] ad [illegible] plenu[m], primu[m], et expeditu[m] ad [illegible] extremis eligendu[m]. [illegible] plena potestas, includit [illegible] requisita ad agendu[m], quia cui deficit aliquid ex p[rae]requisitis ad agere, [illegible] habet simpliciter potestate[m] ad agere. Actus [illegible] 1ⁱ, seu potentia prima, et expedita plena [illegible], [illegible] intrinseca[m] potentiae, [illegible] indifferens ad u[tr]umque, [illegible] p[rae]paratio [illegible] ad [illegible], [illegible] ablatione[m] [illegible] impedimentoru[m], et positione[m] [illegible] essentialiter p[rae]requisitoru[m] ad agere. [illegible] aute[m] ex illis deficiente, deficit actus 1ᵘˢ [illegible], seu potentia prima et expedita.

[illegible] voluntatis p[rae]motione[m] [illegible] et intrinseca[m] potentiae voluntatis; [illegible] potestate[m] [illegible], prima[m], et expedita[m] ad [illegible], quia [illegible] ad [illegible] p[rae]determinatio ad [illegible], sed [illegible] p[rae]determinatio [illegible] essentialiter p[rae]requisitis: Ergo hoc deficit voluntati

prædeterminatæ ad amorem; adest autem ipsi impedimentum ad odium; ejusmodi impedimentum est prædeterminatio ad amorem; quia cum hac prædeterminatione implicat exire in odio: non ergo plane, et expedite est potens amare, et odio habere.

Quemadmodum homo ligatus catenis, etsi habeat intrinsecam potentiam ambulandi, et virtutem motricem, non tamen potest prompte, et expedite ambulare, nec habet completam, et plenam potestatem ambulandi, et non ambulandi, quia adest ipsi aliquod impedimentum, etsi extrinsecum ad ambulandum, et sic ignis non approximatus habet potentiam intrinsecam comburendi, non autem proximam, et expeditam, quia deficit ipsi applicatio, et approximatio.

Itaque his non obstantibus, prædeterminationem supponere potentiam voluntatis, eique tantum applicationem, et motionem ipsius ad actum, illi cui deficit hæc prædeterminatio deficit aliquid essentiale prærequisitum, nempe, applicatio actus primi ad secundum. Voluntati prædeterminatæ ad amorem deficit applicatio per determinationem ad odium: ergo remotam tantum, non vero proximam potentiam habet ad utrumlibet, quia cui deficit potentia proxima ad unum, habere non potest potestatem proximam ad utrumlibet.

Ad 2um dico: famosam esse, et ab omnibus Theologis receptam distinctionem sensus compositi, et divisi, quam tamen non recte a Thomistis applicatam. Asserunt enim, quod voluntas prædeterminata ad consensum habet posse dissentire in sensu diviso a consensu, et præmotione; non tamen posse dissentire in sensu composito præmotionis, hoc est, conjungendo dissensum cum prædeterminatione ad consensum; hoc enim est implicatorium, uno verbo: voluntas prædeterminata ad consensum habet simultatem potentiæ ad consensum, et dissensum, licet non habeat potentiam simultatis.

Exemplum apponunt in omni sententia; nam voluntas dum actu amat, libere amat; sed non potest eligere seu tollere odium, et non amorem in sensu composito amoris, sed tantum in sensu diviso; ergo ad immunitatem libertatis sufficit posse adjungi alterum extremum in sensu diviso alterius. Idem exemplum pono in homine justo, qui peccare potest non in sensu composito justitiæ, conjungendo peccatum cum justificatione, sed in sensu diviso ponendo peccatum divisum a gratia justificante, ad quod habet simultatem potentiæ. Ex ipsis exemplis falsitas hujus explicationis demonstratur.

Ratio in allatis exemplis homo est simpliciter liber, quamvis non possit in sensu composito, sed tantum in diviso, quia homo per suam electionem, et libertatem potest facere sensum divisum: justus namque a se potest amovere gratiam, fidelis potest a se tollere fidem, amans potest libere cessare ab amore, quia hæc omnia pendent ex ipsius libertate. At vero prædeterminatus ad consensum non potest facere sensum divisum, quia non potest tollere a se prædeterminationem. Hanc enim statuunt Thomistæ præsupponentem, et independentem ab arbitraria libertate, ac semel habita non potest voluntas illam tollere aut abjicere.

Arguo 3o ex D. Tho, et Scoto dicentibus quod causa 2a agit inquantum movetur

à 1°. Ergo. — Respondet, qd causa 2a agere in quantum motatur 1a, nihil aliud ē in sensu Thij et Scotij, quam agere causis suis subordinatum, et ab illa coadjutum per simultaneum ejus concursum. Alij motiones expressæ verbis apud S. P., et D., quæ intelligi debent de motione, et excitatione ad opera ordinis superioris, de quibus hic nō ē quæstio, sicut nec de auxilijs ab eis requisitis.

Arguitur 4°: causa indifferens nequit se determinare, quia à principio indifferenti, ut tali, nequit oriri effectus determinatus; sed voluntas ē causa indifferens, ut indifferens: Ergo sine præmotione nequit se determinare: Ergo &c. Confirmatur: si voluntas sine præmotione se determinaret, esset in eodem instanti indifferens, et à se determinata; sed hoc implicat, quia indifferens, et nō indifferens, determinata, et nō determinata sunt contradictoria: Ergo &c. Probatur maior: voluntas in istanti in quo actualiter operatur, ē indifferens à se, et determinata; indifferens, quia libera; determinata, quia habet determinationem actualem, scilicet, ipsum oppositum: Ergo &c.

Argumentum potissimum arguenti apud thomistas pos- sibus pateat in Deo, qui ē perfectissime liber, et indifferens ad producendum, et nō producendum effectum, ex se ipso determinat. Pariter à Thomistarum sententia ē indifferens ad formale peccati, et sine ulla præmotione se determinat ad illud. Negatur maior absolute, cujus ratio à priori ē, quia de essentia potentiæ liberæ, consistit in indifferentia ad oposita extrema, se determinando, et aplicando ad alterum, quod pro suo libito eligit.

Ad confirmationem nego majorem: distinguo voluntatem esse indifferentem, et à se determinatam eodem modo, nego; diverso modo, concedo. Voluntas ē essentialiter indifferens, quia ē essentialiter libera, et determinata accidentaliter, quia si determinatur cum potuerit nō se determinare, quia voluntas potest intelligi tunc actualiter oppositum, nullum habet principium necessitans ad oppositum: Est indifferens in actu 1°, et in 2° determinata. Unde hic nulla datur contradictio; nam ē indifferens essentialiter, et determinata accidentaliter; indifferens in actu 1°, determinata in 2°; quod nullam oppositionem dicit.

Sed notate pro alium solutione, quod determinatio causæ naturalis ad plures effectus specie distinctos provenit vel à varia concausa, vel à dispositione subjecti, sic sol determinatur ad producendum vitam per concursum alterius, et ad metalla per dispositionem materiæ, et ita ad tale actum in specie per tale in specie objectum. Determinatio vero quo ad individuum tam in causis naturalibus, quam in liberis provenit a concursu simultaneo Dei, qui eo ipso, quod conjungitur concursu causæ 2æ, ex tali conjunctione determinat ad talem numero effectum.

Cum hoc tamen advertere manet voluntas libera, quod duplicem potestatem possibilem, itaut Deus detur nō concurrere cum voluntate nisi ad hunc numero effectum; ex quo sequitur, quod si voluntas operatur nō producat

nisi hunc numero actum detractum a Deo, et tamen quod voluntas necessario operetur; posset adhuc supposita detractione Dei operari, et non operari, in quo libertas voluntatis consistit; et ita ut voluntas libere sit determinata ad amandum Deum, hunc numero amorem producat ex dictione cum concursu simultaneo Dei, qui pro sua voluntate ad hunc et non ad alium concurrit. Ergo detractio quoad individuum proveniens a concursu Dei non tollit libertatem. Alia quam plura in Actibus invenietis.

Quaestio 4a

Quid sint causa instrumentalis, exemplaris, et per accidens?

§. 3us

Interrogationi veritate possibili respondetur.

Cum de loquimur in praesenti de instrumento late sumpto, sic enim quaelibet causa 2a dicitur instrumentalis Dei, quia dependenter ab illa operatur; agimus ergo de illo proprie accepto. Sic enim est duplex supernaturale, scilicet, quod a Deo vocatur morale, ut sunt sacramenta naturale quod agenti naturali famulatur ad aliquod opus naturale, ut calor ignis ad producendum alium ignem; aliud denique artificiale, quod inservit agenti principali ad opus artificiale efficiendum; sic malleus, et serra dicuntur instrumenta.

De causa instrumentali artificiali est sermo, quae ita definitur: *est quae non attingit effective principalem effectum*, sed tantum inservit, seu famulatur causae principali pro fine, et effectu *principali assequendo*. Instrumentum enim artificiale, cum non sit pro principaliter actionem, non agit virtute propria, sed causae principalis, ideoque non attingit effective effectum principalem, sed tantum dispositive; hoc etiam de calore veris potest expediri, si actionem sit, attingit principium dispositionem in subiecto, non vero productionem ignis.

Exemplaris est idea, seu quae definitur: *est ratio in mente* artificis, secundum quam aliquid est formabile ad extra ex intentione agentis dicantis *sibi* suam. — Fortunam aliquod divinum antiqui existimaverant, illam qui pingebant sedentem in rota existentem, ex una parte album, et ex altera nigrum. Secundum dicebant per suam imprudentiam: in rota per suam instantiam: album, et nigrum per effectus felices, et infelices; sed hoc errorem fuit; de quo meminit D. Augustinus, rejicitque ab ipso.

Fortuna ergo, quae est 1a causa per accidens, ita definitur: *est causa per accidens casum*, quae raro eveniunt actione agentis *ex electione*. — Casus est *causa per accidens* casum quae raro eveniunt actione agentis sine *intentione*. Utraque cum his exemplis explicari solet: quod enim 1o scolendo terram, praeter intentionem invenit thesaurum, talis inventio

liter effectus fortuitus, et ille dicitur fortuna, seu causa per accidens illius; quia per accidens dicitur inventio thesauri ejus effectui per se intento ab illius electione operante:

Do vero ventus movet tabulas, et aliqua cadit, et occidit illum, talis occisio dicitur effectus casualis, et ventus dicitur casus, seu causa per accidens illius; quia per accidens tenuit occisio illius ejus effectui per se motus operantis sine electione. = Monstrumque sic communiter definitur: est effectus naturalis à recta, et solita dispositione notabiliter dependens ob aliquod impedimentum.

Ex quo sequitur, quod ad monstrum requiritur, quod defectus naturalis sit notabilis, ut sic tamen sufficiat cum digitis brachiis, quia apud nos hoc monstrum non est: si tamen talis defectus est partibus monstrum apparere debet, et quod ille deficit dicens etc. Plura capita solent assignari, quibus monstrua contingunt, quae relinquimus videnda apud Professores, illa autem monstrua ab agentibus non sunt intenta, sed solum à Deo ob varietatem, et pulchritudinem universi. Et de hoc satis.

Quaestio 5ª

An idem numero effectus produci possit à duplici causa totali, et adequata ejusdem ordinis?

§. 1us

Aliqua supponuntur, et illa Schotica firmatur.

Suppono 1º: quaestionem esse de causa totali in actu 1º, sed in actu 2º; ita ut idem effectus producatur simul à duplici causa, quarum quaelibet sit sola absque consortio alterius habet adequatam virtutem producendi effectum, quaelibet que influat totaliter adequate in effectum, ut positâ semper absentiâ alterius causae, effectus nihilominus existeret in rerum natura ex vi actionis unicae causae. Sententia est unica, quod causae totales in actu 1º possunt partialiter influere atque pro dupplicem virtutem, ut duo portantes lapidem, cujus pondus non excedit vires cujuslibet illorum, sunt causae partiales in actu 2º illius effectus.

Loquitur ergo quaestio de duplici causa totali in actu 2º non subordinata, ejusdemque ordinis; nam si sint in diverso ordine sententia est plures causas totales, et in suo ordine adequatas concurrere ad producendum eundem numero effectum, ut in supposito, ad cujus productionem concurrunt agentes causarum: nam supponitur Deus, qui est causa universalis, et totalis, simul concurrit cum creatura, quae etiam in suo ordine dicitur causa totalis, et adequata. Itaque

evenit propter subordinationem essentialem causae 2ae ad 1am.

Suppono 2°: solum hic inquiri de causis extrinsecis, et praecipue de efficientibus; non de causis intrinsecis seu de formis, an possit duplex materia, et duplex forma eundem numero compositum causare. His suppositis, in hac difficultate 1a sententia affirmat id posse evenire etiam attenta potentia naturali. Ita tenent nominales et alii. 2a negat etiam attenta Dei potentia absoluta. Ita D. S. pluribus in locis, praecipue in 1° dist 1a, quaest 2a, § ad quaest, et aliqui Tomistae. 3a negat naturaliter, concedit tamen supernaturaliter. Ita aliqui Thomistae, et aliquibus ex externis.

Dico 2a sententia: idem numero effectus nec de potentia Dei absoluta posset produci simul a pluribus causis totalibus, et aequalibus, totaliter causantibus. Probatur ratione 1a: si duae causae totales eiusdem ordinis producerent simul eundem effectum, neutra esset totalis in actu 2° respectu illius effectus; sed hoc est contradictio: ergo. Probatur minor: illa causa non est totalis in actu 2°, quae relinquit aliquid effectus ab alia causa eiusdem ordinis causandum; in tali hypothesi quaelibet illarum causarum aliquid relinquit effectus ab alia causa causandum: ergo neutra esset causa totalis in actu 2°.

Affirmatur: quia relinqueret aliquid alteri causae, vel nihil relinquit; si nihil, est alia partialis. Si idem, non est causa; si 3um: ergo 1a nihil causat. — Probatur 2a alia ratione 2a: idem numero effectus productus a duplici causa totali, dependeret et non dependeret essentialiter in instanti productionis a qualibet illarum; sed hoc est manifesta contradictio. Ergo. Prior pars minoris patet, quia effectus dependet essentialiter ab illa causa, a qua accipit esse; Deus autem est independens, quia a se, et non ab alio habet suum esse.

Alia pars maioris probatur: id non dependet essentialiter ab alio, quo ablato adhuc essentialiter habet suum esse; sed ablata qualibet ex illis causis, effectus nihilominus haberet totum suum esse ab alia: ergo a neutra essentialiter dependeret. Ultima patet, quia duo considerantur in actu 2° totali, quia actu tribuunt totum esse effectui. Urgetur instat: ex eo enim probatur creaturam dependere essentialiter a Creatore, quia ablato Creatore non esset, nec a Deo dependeret essentialiter, a sua fundamento, et haec, si posse esse similiter. Ergo. Respondeo maiorem, et instantias brevitatis causa omitto.

§2us

Argumenta solvuntur

Arguitur 1°: si duo ignes applicarentur eidem stupae, producerent eundem numero calorem;

sed quilibet ignis est causa totalis caloris: Ergo. Pbo minorem: causa necessaria quae applicata passo operatur circa illud quantum potest; sed quilibet ignis est causa necessaria: Ergo &c. Confirmatur: si Deus in eodem loco duo luminosa corpora penetraret, tunc quodlibet eorum causaret eandem lucem: Ergo &c.

Respondeo distinguendo maiorem: producerent eundem numero calorem ut causae in actu 2° partiales, concedo; in actu 2° totales, nego.

Pro intelligentia notate, quod effectus alii sunt divisibiles, qui, scilicet, subscipiunt magis, et minus, ut calor, frigus, &c.; alii vero sunt indivisibiles in se, sed tamen divisibiliter producibiles, quia requirunt plures praevias alterationes, &c., ignis producendus in ligno viridi; alii denique sunt indivisibiles tum in se, tum in modo producendi, &c., ignis productus in ligno ultimo disposito.

Si ergo effectus est indivisibilis in se, neutra causa esset totalis, quia quaelibet produceret eundem numero calorem, aut tamen diversos gradus: unde effectus ab ambabus pendet perfectior, quam ab utraque seorsim. Si vero effectus indivisibilis est, exigit tamen divisibiliter produci, tunc ab utraque causa partialiter agente, produceretur effectus, maiori tamen facilitate ac breviori tempore.

Si denique effectus est indivisibilis in se, et divisibiliter producibilis, tunc utraque causa &c., utraque ignis ultra penderet suae virtutis, propter impedimentum non ex incapacitate [illegible], quia tamen perfectionem non potest subscipere, quantum virtus utrarumque causarum tribuere potest; itaque neuter ignis in casu dato ageret de tota sua virtute in eundem effectum, quia licet sint potentia [illegible], necessario tamen limitantur ab incapacitate effectus.

Arguitur 2°: si duo sacerdotes simul proferrent verba consecrationis super eundem panem (ut venit in celebratione ordinis) [illegible] alium panem consecrarent; sed quilibet sacerdos est causa adaequata consecrationis: Ergo &c. 2°: ex duplici fine potest voluntas velle idem obiectum, &c., deambulare propter sanitatem, et etiam propter recreationem: Ergo &c. 3°: idem corpus in sententia D. Scoti potest esse circumscriptive in pluribus locis adaequatis: Ergo &c.

Respondeo ad 1um distinguendo minorem: (quilibet) sacerdos esset causa realis adaequata consecrationis, permitto; causa physica, [illegible]. Ratio disparitatis est, quia causa physica physice influit, et ponit effectum in esse; causa vero moralis ita producit effectum, quod est simul cum illo, et veluti conditio sine qua non cuius Deus infallibiliter causat effectum: nihil ergo mirum, quod tales causae morales eundem habeant effectum. Ad 2um dico: quod quando voluntas aliquid vult propter duos fines, quilibet eorum non aeque primo movet voluntatem, sed alter primario, alter secundario; et sic quilibet finis est causa partialis in actu 2° illius volitionis.

Ad 3um quod corpus independet à loco quoad propriam entitatem, sed quoad locari, et circumscribi. Si ergo idem corpus poneret in pluribus locis, cuilibet loco corresponderet diversa locao, et diversum ubi passivum ex parte corporis ubi autem passivum, est relatio qua corpus formaliter refertur ad locum in quo est, non quae est idem fundamentum plures respectus adaequatos dicere ad plures adaequatos terminos, et Pater ad plures Filios. Cæterum quod idem numero effectus à pluribus causis adaequatis produceretur, contradictionem involvit, cum quaelibet causa totalis, et adaequata habeat suam entitatem, sive suum esse absolutum, quod tunc haberet, et non haberet.

Arguitur 3o argumento, quod à pluribus videtur insuperabilis difficultatis etiam nostrae sententiae fautoribus: de facto duae causae totales simul producunt totaliter eundem numero effectum: Ergo. Probatur: Deus est causa totalis in actu 2o totaliter causans simul cum creatura, quae etiam est causa totalis in actu 2o eiusdem effectus creaturae: Ergo. Antecedens patet, quia Deus concurrit simul cum creatura ad omnia illius opera.

Quod autem tam causa 1a, quam 2a causet totaliter in actu 2o eundem effectum, patet, tum, ex eo quod nullus unquam dicit Deum et creaturam ut causas partiales concurrere, tum etiam, quia totum esse effectus tribuitur Deo, totum etiam creaturae, nec unus effectus effecit virtutem creaturae. Vel licet diceretur, creaturam concurrere partialiter, adhuc urgeret argumentum, quia similiter requiritur causa partialis simul cum totali concurrere ad eundem effectum causandum; quia totum esse effectus effecit causa totalis: Ergo nihil efficeret partialis.

Et confirmatur: tunc duo concurrunt ut causae partiales ad eundem effectum, quando licet quaelibet attingeret totum effectum adhuc tamen in ipso reducet aliqua formalitas, quae correspondet uni causae, et non alteri (ut dictum fuit in logica de intellectu, et lumine gloriae respectu visionis beatificae;) sed in effectu creato nulla est formalitas, quae respondeat Deo, et non creaturae, ut patet: Ergo ad effectum creaturae Deus, et creatura non concurrunt ut causae partiales, sed ut totales.

Confirmatur 2o totus discursus, et occurritur communi solutioni quod creatura sit causa subordinata Deo, et alterius ordinis, non tollit, quod sequantur 3 plura, quas nos in sententia contraria sequi probamus: Ergo. Probatur: effectus dependeret à causa, qua sublata posset existere, quia deficiente creatura adhuc haberet totum suum esse à Deo, alias ab illo non dependeret totaliter. Ergo. 2o: quia Deus adaequat totalem dependentiam effectus, et exhaurit totaliter eius indigentiam, quia hoc est ratio causae totalis in actu 2o: Ergo nihil relinquitur

quæret causandi creaturas, hic quæ nihil operet.

Respondeo ad argumentum distinguendo anterius: de facto duæ causæ totales ejusdem generis, et ordinis, nego; diversi generis, et ordinis, et specialiter quæ subordinatæ, concedo. Ad Thomam, quia hoc solum repugnare videtur distinguo probationis: effectus dependet à causa, qua sublata possit existere, dependentia ejusdem ordinis, ac dependeret ab alia, nego; diversæ rationis effectu, et nego consequentiam; aliud distinguo anterius: Deus adæquat dependentiam effectus, et exhaurit totaliter ejus indigentiam in ordine primi agentis, concedo; in ordine 2ⁱ agentis, nego.

Diversa enim dependentia et exigentia essentiali dependet creatura à Deo, (sic) ab alia creatura, quia à Deo dependet essentialiter omnino, et absolute, à creatura vero dicta absolute, et rigorose, sed ex suppositione, quod Deus tribuit creaturis virtutem productivam alterius creaturæ: hoc autem nec voluit, nec potuit tribuere ita absolutam, ut excluderit ipsa immediata virtus Dei ad omnes ejus productiones; alias non salvaretur absolutum, et perfectum dominium Dei, ad creaturas. Non ergo in hoc sensu causa 2ª appellatur totalis, ut excludat concursum causæ efficientis primæ; sed solum ut excludat in suo genere concursum alterius causæ.

Est enim ordo essentialis inter causas 1am, et 2am, ita ut ista dependeat ab illa in esse, et operari, et ideo effectus duplicem indigentiam, et essentialem dependentiam dicit. Prima absolutam, et omnino necessariam in ordine ad causam 1am, et hæc nulla potentia suppleri potest, repletque totaliter, et exhauritur per concursum causæ 1æ. 2ª dependentia est ex suppositione, quia voluit Deus sic constituere universum ut aliquæ creaturæ essentialiter dependentes à sua virtute, haberent virtutem totalem productivam, et exclusivam alterius concursus, nempe, creatam in suo genere efficientis; et in hoc sensu præsens exagitatur controversia.

§ 3ᵘˢ

Quoddam dubium resolvitur.

Inquiro, quid sit potentia obedientialis, et ad quos extendat effectus? Potentia obedientialis, dicitur in ordine ad absolutam Dei potentiam, nec distinguitur entitative in nostra sententia à potentia naturali; sed solum addit supra ipsam denominationem ad agens supernaturale. Hic explicari potest: non repugnantia quam Creatura habet, ut aliquid producat, vel recipiat supra vires naturæ, adjuta à Deo, ut ab Auctore supernaturali. Inquirimus ergo, an in qualibet Creatura detur potentia ad recipiendum, vel producendum aliquid supra ordinem naturæ recursu speciali Dei?

Resolutione dico 1º: in aliquibus Creaturis datur

potentia obedientialis tam activa, quam passiva ad aliquid producendum, vel recipiendum supra ordinem naturae. Probatur: nam tam fides intellectus, et voluntas recipiunt habitus supernaturales et producunt actus visionis, et amoris Dei ipsas potentias elevantis supra ordinem naturae humanae; quae ex propriis viribus etiam cum concursu Dei generali non possunt tales actus elicere: Ergo intellectus, et voluntas etc.

Dico 2o:

non datur potentia obedientialis activa in quolibet ad quodlibet, seu in qualibet re ad omnes effectus producendos. Ita Scotus in 4o, dist. 1, quaest. 1a, § ad quaestionem ubi ait: et enim possit Deus creare frigus, non tamen per calorem. Probatur ratione: non datur in qualibet re virtus partialis, sive incoata, ad quodlibet effectus producendos, in calore autem non datur virtus partialis ad producendum frigus, nec in frigore ad calorem producendum, alias si in frigore daretur talis potentia, oriretur a principiis intrinsecis ipsius potentia destructiva sui per calorem; quod implicat: Ergo etc.

Dico 3o: in quolibet subiecto

non datur potentia obedientialis passiva ad quodlibet, seu recipiendum quamlibet formam. Constat ex D., in 4, dist. 12, quaest. 2a, § hic sumitur, versu ad 4um, ubi ait: sicut lapis, inquit, non potest esse sapiens, quia nullomodo rationem receptivi, respectu sapientiae. Ubi videtur asserere, quod non datur in lapide potentia obedientialis ad recipiendum sapientiam, quia lapidi repugnat denominari sapiens, quae denominatio est effectus formalis sapientiae; quapropter illi repugnat recipere talem formam, ita ut asserimus, quin videtur posse prosequi.

LIBER TERTIUS PHICORUM

Philosophus in hoc libro egit de motu: cum autem motus sit de genere continuorum, et continuum constet ex partibus infinitis, etiam de infinito egit. Supponimus ergo dari motum in rerum natura, et solum de ejus definitione, et proprietatibus inquirimus. Ideoque sit.

Distinctio 1a de natura motus in communi.

Quaestio Unica

Quid, et quotuplex sit motus, et quibus ejus definitio conveniat?

§ Unica

Quaesitum quo ad omnia per alia dubia Resolvitur.

Motus in communi sic definitur, actus entis in potentia, quatenus in potentia. Per 1um

actus Teneri eg. q. cacumq. ue fora, prout entis in potentia differt a Creatione, que non est motus, nec mutatio, qui ea subjectum supponit; ly quatenus in potentia, motum esse tamquam imperfectum, seu vi- alem, qui ita exactas, ac potentia mobilis, ut illam relinquat capacem ad aliquem actum. Ita de motu, at de mutatione servatis servandis philosophandum est.

Motus ergo dividitur in subsessibus, et instantaneum. 1um est, qui pluribus instantibus temporis adquiritur, ut motus localis. 2us qui in uno in- stanti absolvitur, ut quando anima in corpore organico introducitur. 2o dividitur motus in altisitivum, et deperditivum. 1um est transitus de privatione ad formam, v.g., corporis ad animam. 2um est transitus a for- ma ad privationem ejus, v.g., separatio animae a corpore. Dividitur etiam in naturalem violentum, et mixtum, quod de his jam manet dictum.

3o. dividitur in motum ad substantiam, ut generatio, et nutritio, ad quantitatem, ut aumentatio, ad qualitatem, ut alteratio; et ad ubi, seu ad locum ut locatio. = Definitio autem motus omni motui convenit, quod patet ex Philosopho 3o physicorum, teste S. dicente: mutatur enim semper id, quod mutatur. Sed si de motus sit subsessibus, sive instantaneus, sive adquisitivus, semper mutatur subjectum jam quoad substantiam, jam accidentiam: Ergo etc.

Etiam constat ratione; nam apposita definitio explicat rationem motus perid, quod sit actus in potentia, quatenus in potentia; sed in omnibus mutationibus formae actuant potentiam sub- ti, et subjectum per illas vere mutatur: Ergo etc. = Nec obstat quod motus deperditivus dicatur per realita- rentiam formae praecedentis, quia cum generatio unius sit corruptio alterius, etiam mutat formam subsequentem. Sed haec sufficiant: plura alia in textibus invenietis.

Distintio 2a de infinito.

Questio 3ica

Quid, et quotuplex sit infinitum, quas passiones habeat, et an detur in creatis?

§ 1us.

More doctrinali omnia Resolbitur.

Infinitum, ut nomen sonat, est quod caret fine, et termino. Sic infinitum percipiuntur ab Aristotele teste 63o definitione: est illud cujus semper restat aliquid accipiendum, v.g., si a multitudine, (si talis multitudo esset infinita), prescindas milia, et millia, et sic in infinitum

semper restaret ulterius, alia quia plura millia accipienda.

Infinitum ab Scoto in 4°, dist. 13, quaest. 1a dividitur 1° in infinitum essentiae, quale est solus Deus; et in infinitum per participationem, et est illud, quod licet habeat esse participatum ab infinito per essentiam, tamen non caret in illa linea, et ordine, quo perfectum infinitum. Illud dicitur infinitum simpliciter, istud vero infinitum quid. Ac dividitur in infinitum intensive, nempe per gradus infinitos, si consideramus, et in infinitum extensive, et quantitas infinitarum partium.

Adhuc dividitur in infinitum in actu, quod cathegorematicum appellatur, et est illud, quod actu fine, et principio caret; et in infinitum in potentia, quod syncathegorematicum etiam dicitur, et est illud, quod partes infinitas habere potest, et si actu non habeat. = 1a infiniti proprietas est, quod non possit mensurari, neque quod mensuratur cognoscit ultimate, quantum sit, quod repugnat infinito. 2a proprietas est, quod nullum infinitum sit majus alio; haec autem solum convenit infinito cathegorematico.

3a denique quod non possit cognosci adequate, quod debet intelligi cognitione successiva; at vero cognitione simultanea, qua detur aliquis infinitus, potest adequate cognosci, sicut se ipsum Deus cognoscit. = Suppono dari infinitum essentiae, quod est solus Deus. Unde in praesenti solum inquirimus quid dicendum de creatura, quod sit infinitum, vel essentiae, vel qualitatis, vel quantitatis?

Pro quaestionis solutione sit brevis, et compendiosa conclusio: Repugnat aliqua creatura, quae actu sive cathegorematice sit infinita, tam essentiae, quam intensionis, seu qualitatis, vel extensionis, seu quantitatis. 1a pars est Doctoris, et ratione patet; nam si aliqua creatura esset infinita essentiae, esset Deus quod implicat. Ergo.

2a pars etiam probatur; nam si daretur qualitas infinita, posset inveniri in subjecto, quia hoc est de ratione accidentis hoc impossibile est; quia ad hoc necessaria erit substantia infinita, quia quod recipit ad modum recipientis recipit; Ergo si non est possibilis substantia creata infinita (ut probatum est) non dabilis est qualitas infinita. 3a pars, quae etiam est Doctoris: quod habet statum positivum in magnitudine, et minoritate, ultra quod transire non potest, non potest esse infinitum in actu; ita se habet quantum continuum: Ergo. Confirmatur: quia quantum habet ex propria potentia finitatem; sed nulla res potest esse sine potentia propria: Ergo. Satis de hoc libro.

LIBER QUARTUS PHYSICORUM.

Philosophus in hoc libro de loco agit; et quia vacuum loco mentionem facit, etiam hic de illo instituitur sermo, nec non de tempore, et duratione, nam motus fit in tempore, vel in instanti. Ideoque sit,

Distinctio 1a de loco.

Quaestio 1a.

Quid, et quotuplex sit locus? § 1us, quae veritatem resolvit.

Philosophus hic textu 21, sic locum definit: ultima superficies corporis continentis immobilis primo. Ex qua definitione sequitur, quod non omnis superficies sit locus; sed solum illa, quae continet, et circuit corpus locatum. Sequitur etiam quod locus est immobilis, nam locus est talis ut non possit moveri locatum.

Locus dividitur 1o: in communem, et particularem. 1us est, qui continet plures res, vel corpus in quo sunt plures. 2us est qui unum corpus tantum ambit ut aer qui corpus meum circumstat. Locus particularis dividitur etiam in naturalem, violentum, et neutrum. 1us est in quo locatum naturaliter quiescit, ut lapis quando deorsum est. 2us est, contrario, ut lapis sursum. 3us est ad quod locatum nec dicit violentiam, nec inclinationem, ut aer respectu Angeli.

Dividitur etiam in circumscriptivum et definitivum. 1us est, in quo partes loci correspondent partibus locati, ita ut totum locatum toti loco correspondeat, et pars locati parti loci. 2us est, totaliter loca, ita ut totus locus correspondeat toto locato, et quaelibet pars loci toto locato, ut corpus respectu specierum Sacramentalium respectu Christi.

Dubitabis quibus rebus conveniat esse in loco? Respondeo cum Doctore, quod omnia corpora hujus universi praeter caelum empyreum sunt circumscriptive in loco. Ita ait, in 2o, dist. 6a <u>cuilibet corpori praeter ultimum convenit esse in loco</u>. Formaliter autem esse in loco circumscriptive nihil aliud est, quam circumscribi a loco, taliter quod locatum faciat distantiam lateralem continentis; sed omne corpus naturale quantum, taliter loco circumscribitur, quod faciat distantiam lateralem continentis, nam non potest naturaliter unum quantum cum altero penetrari: ergo.

Quaestio 2a

Utrum idem numero corpus possit de potentia Dei absoluta esse circumscriptive in pluribus locis?

§ 1us

Aliqua supponuntur a Doctore Scoto stabilita, et probantur.

Suppono 1o: Si duo corpora quanta non possunt esse simul naturaliter in eodem loco, cujus ratio est, quia quantitas affert secum impenetrabilitatem, et cum duo corpora quanta haberent

quantates distinctas, naalis exigit, unq esse extra locq alterius. Supono 2º. duo corpora quanta posse esse simul penetrata in eodq loco; (quidquid dicat ludarelus) nq Christus Dominus fuit natus inviolato Virginis utero, ingressus ad Discipulos januis clausis, et in ascensione penetrabit Cælos; sed hæc facta sunt per penetrationq corporq, hæc eandq locq occupantiq: ergo &c.

Supono 3º. idq numero corpus posse esse simul in pluribus locis, in uno scilicet, definitive, et in alio circumscriptive; ita Christus Dominus est in cælo circumscriptive, et in pluribus hostijs ratione transsubstantiationis definitive; sed hoc naaliter esse non potest, sed miraculose; quo sensu inquirimus: an idq numero Corpus novo stenso, seu circumscriptive possit esse in pluribus locis adæquatis?

Ac inne tom partes astringuent, asinthq vero Scotq, cuq quibus sit nostra Resolutio: idq numero corpus de potentia Dei absoluta potest esse simul in 2plici loco circumscriptive. Ita Scotus in 4º, dist. 10ª, quæst. 2ª. Probatur ratione fundamentali: Corpus Christi Domini de facto est in pluribus locis in uno circumscriptive, et in alijs definitive, ut fides docet: ergo potiori jure &c. Resolutio: possibilius est esse (2plici loco) in ~~pluribus locis~~ circumscriptive, quq in pluribus definitive: ergo &c.

Probo Tam magis repugnantq corpori existenti in uno loco modo quantitativo, et naali, existitur in alio loco modo etiq naali, et quantitativo, quq esse in pluribus modo definitivo, seu absque ullo modo extentionis in loco: ergo &c. Probatur Tam: possibilius, seu magis consentanq est aq conservari cq suo modo naali, quq sine illo; sed ~~per~~ per praesentia circumscriptiva, ex modoq et quasi proprius naalis corporis: ergo illa maior quo ad 2q partq constat nequit corpus conservari sine suo modo naali nisi sarig est novq miraculq, quia res nequeant sequi isto privari suo modo, ac proprie naali: ergo &c.

Respondent tom disparq esse ratioq: ajunt erq; quod definitiva præsentia in sacramento altaris est ratione conversionis panis in Christi Corpus; circumscriptiva vero ratione quantitatis corporis Christi utraque vero dicq præsentiis circumscriptive omnino esset 2q eadq ratioq, nempe, 2q eandq quantitatq. Itaque arguitur Scotusq illa toslicq responsio falsq assumit: non enq conversio panis in Christi corpus est ratio existendi definitive in Sacramento, quidq transacta conversione permanet adhuc ividq corpus Christi,

Probatur 2º. Resolutio: plures Sancti fuisse in pluribus locis circumscriptive, ut de Sto Antonio Paduano, de Sto Ambrosio, pluribus quæ alijs legit, et quod præcipuq est, Christus Dominus post ascentionq principi Apostolorq, et D. Paulo aparuit ut constat ex 1ª ad Corinthios; sed simul erat in Cælo, ut qut dicitur in actibus Apostolorq, oportet Cælq suscipere usque ad tempus Resurrec

tionis ag. Et D. Augustinus: siusse Dominus, donec veniat caelo. Ergo hic Christus &c.

Necnon dicere tales apparitiones fuisse imaginarias aut per Angelos in specie Christi factas, nam illas apparitiones assumuntur ab Apostolo ad probandam resurrectionis veritatem, quae non probaret ex apparitione imaginaria, aut Angelica; nam Christus Dominus semper vixerit, semetipsum scribens, et operatur quibus et ejus resurrectio crederetur: Ergo &c.

§ 2.us

Argumenta Thomistarum solbuntur.

Arg. 1.° Si idem corpus esset simul Romae, et Matriti esset unum, et non esset unum; hoc implicat: Ergo &c. Prob. sequela quoad 2am partem; quod a seipso distat, non est unum; sed corpus Romae, et Matriti existens distaret a seipso: Ergo &c. Confirmatur: inter corpus existens Romae, et Matriti alia corpora mediarent: Ergo distaret a seipso; et consequenter &c. Haec et similia argumenta habent retorsionem in corpore Christi existente in Caelo, et simul in sacramento.

Directe distinguo sequelam: idem tale corpus esset entitative unum, et non esset unum localiter, concedo; esset unum, et non esset unum entitative, nego. Explicatur solutio: corpus quantum habet suam entitativam unitatem ipsi intrinsecam, et habet aliam unitatem extrinsecam, et accidentalem, quam ex aliqua forma extrinseca, et accidentali provenit. Si corpus poneretur in duplici loco, non multiplicaret ejus unitatem intrinsecam, sed solum extrinsecam, quae ex pluralitate praesentiarum proveniret, quia unam praesentiam Romae haberet, alteram Matriti; sed semper unica entitate.

Arg. 2.° Si idem corpus quantum posset esse in duplici loco, posset etiam esse in infinitis simultaneum, et consequenter ubique, et esset quasi immensum; hoc implicat, quia immensitas est proprietas propria Dei: Ergo &c. — Nego sicut ante. Respondeo, quod licet tale corpus posset esse ubique, non esset immensum, eo perfectionis genere, quod solius Dei proprium est. Etenim corpus illud non esset ubique ex vi suae essentiae, aut per suam virtutem intrinsecam ut Deus, sed mere passive se haberet.

Arg. 3.° Extensio localis est effectus secundarius extensionis entitativae, atqui multiplicari non potest effectus secundarius, nisi etiam multiplicetur primarius: Ergo multiplicari non potest extensio localis, nisi multiplicetur extensio entitativa, atque localis et ultima probatur: dari nequit effectus secundarius sine primario: Ergo &c. Confirmatur: extensio localis est essentialiter extensiva corporis: Ergo duplex extensio localis erit essentialiter extensiva duplici corpori.

Respondeo:

permissa manet eius extensio entitativa, est solum ratio fundationalis essendi in loco; et ergo minor: cum enim posterius pendeat a priori, et non e converso, multiplicatio posterioris haberi potest, permanente unitate prioris, proindeque poterit multiplicari localis extensio, quae sequitur extensionem entitativam, quin ista multiplicetur, quod saepe contingit, dum successive idem corpus plures obtinet extensiones locales.

Ad probationem minoris nego paritatem; causa enim absolute, et simpliciter sublata, nihil manet unde effectus oriri possit, ideoque effectus est impossibilis; at vero si non multiplicetur causa, manet tamen multiplex causae applicatio, per quam produci potest effectus. Unde ad confirmationem nego consequentiam; tantum enim inde sequitur, quod duplex extensio localis sit duplicis extensiva corporis, non autem extensiva duplicis corporis.

Arguitur 4º aliquibus absurdis: 1º, posse unum corpus in uno loco calefieri, et in alio liberari. 2º, posse in uno loco vulnerari, et in alio non. 3º, posse moveri in uno loco, et non in alio. 4º posse in uno loco cadere, et in alio stare. 5º, posse in uno loco calefieri, et in alio frigefieri. 6º, posse in uno loco infirmari, et in alio salutem habere.

7º, posse in uno loco mereri, et in alio demereri. 8º, posse in uno loco damnari, et in alio glorificari. 9º, posse idem panem in uno loco manducari ab homine, et in alio a cane. 10º, posse eandem guttam aquae multiplicitur replicari, et sic inundare universum, et posse super illam hominem ambulare; quae haec omnia absurda videntur. Ergo.

Respondetur ex Scoto citato, haec omnia possibilia esse, et imaginationem sequentia: et ad quae solvenda tres regulas Doctor assignat, 1ª: quaecumque sunt priora essentialiter ipso ubi, uniformiter insunt corpori, quantumvis habenti diversa ubi; quae vero posteriora sunt ipso ubi, vel simul natura cum ipso, variantur ad variationem ipsius ubi. Ratio hujus est, quia quod est prius essentialiter, non variatur ad variationem posterioris; illud autem quod est posterius, vel simul natura potest variari ad variationem prioris.

2ª regula: sicut corpus existens in uno loco se habet in ratione activi ad diversa approximata in illo loco, sic existens in duobus locis se habet ad illa, sibi approximata in illis locis. Unde si corpus existens Romae non posset 200 homines vincere, nec similiter posset vincere unum Romae, et alterum Matriti, si in his duobus locis ponatur.

3ª regula: sicut passum existens in uno loco recipere potest formam a duobus agentibus sibi approximatis, sic etiam recipere potest ab iisdem existens in pluribus locis; quod intelligi debet de formis absolutis, quae si in uno loco recipiuntur, etiam in alio, et non excluduntur omnes formae relativae quoexistentia corporis in duplici loco, sed solum, quae sunt poste-

xionis ubi; ideoque posset in uno loco, et uno si sunt priora, ut similitudo, identitas, et equalitas, etiam replicarentur cum corpore in pluribus locis.

Ubi regulis suppositis ad 1um, et 2um dico; quod si moveretur in uno loco etiam in alio; et similiter si vulneraretur replicaretur vulnus, etiam si non replicaretur actio vulnerativa, nam motus, et vulnus non dependent ab ubi: ideoque posset in uno loco moveri, et in alio non; in uno sedere, et in alio stare; in uno videre, et in alio non; quia haec omnia sunt posteriora, quam simul ubi.

Ad 3um dico: quod si esset applicatus in uno loco nivi, et in alio ignis, si calor ignis esset intemperie frigoris nivis, in utroque loco calorem haberet per 3am regulam. Ex quo sequitur ad 4um, quod si ex temperie non essent per intemperie aeris, haberet in proprio loco qualitatem, scilicet juxta activitatem aeris. Ad 5um, et 6um dicitur quod meritum, et demeritum, glorificatio, et damnatio dependet a voluntate, unde si in uno loco damnaretur, etiam in alio per 1am regulam.

Ad 7um dicitur panis posset ab illo, et a cane manducari, et hoc casu panis remaneret in substantia, et juxta materiam, ni magis activitatem extrinsecam. Ad ultimum quantitas replicata inundaret universum, et spatium quod occuparet, et ad hoc sufficit virtus increata, quam habet; ac per consequens posset substantiare illud, quod ita remaneret si Deus illud relinqueret in sua naturali virtute, sicut ex 2a regula.

Distinctio 2a de vacuo

Questio 8ca

Quid sit vacuum, et an detur in rerum natura?

§ 1us

Quesito quo ad 1am Respondet.

Philosophus in hoc libro sic vacuum definit: est locus non repletus corpore, aptus tamen repleri. Ex quo patet, vacuum per naturam dicere locum realiter positivum, id est, superficiem ultimam et praeterea carentiam corporis. Itaque in vacui superficie. Accendari in rerum natura experientia constat videmus enim, quod aqua quando per canalem praecipitatur attrahitur, sursum ascendit ad replendum locum relictum ab aere; et quando vas aqua plenum frigori exponitur si aqua congelatur, et vas non habeat poros, ut aer ingrediatur, rumpitur, ut saepe contingit.

Dubitabis quod si possit vacuum per virtutem naturae, quod solum

per absolutam Dei potentiam? Dico: per viram naturalem repugnat vacuum in rerum natura, de potentia Dei absoluta, est possibilis. Ita D. S. in 4°, quaest. 43. Probatur 2a pars: omnia quae sub caelo sunt subjiciuntur omnipotentiae Dei manui, tam quoad esse, quam quo ad non esse: Ergo Deus annihilare posset omnia quae sub caelo sunt, et caelum solum conservare, cum omnia alia non sint de essentia caeli; sed in tali casu caelum esset locus non repletus corpore aptus tamen repleri: Ergo etc.

Probatur 2a pars: ordo praefixus ab agente superiori nequit inverti ab inferiori; sed datur ordo praefixus a Deo, ut corpora universi sint intus se ornata: Ergo virtute naturali nequit hic ordo inverti; sed hac dispositione invariata dari non potest vacuum in rerum natura, per naturam viram: Ergo etc. Alia quamplura in Mastrio invenietis.

Quaestio 2a

Quid sit tempus, evuum et aeternitas?

§ 8um

Quaesitum quo ad omnia veritas Resolbens.

Cum tempus sit quaedam duratio, cognita duratione facilius noscetur. Duratio itaque est, permanentia rei in sua existentia, ideoque dicimus, res durare per annum, per mensem etc. Unde illa, quae in uno instanti existunt, non dicuntur proprie durare. Sed advertite, quod duratio non convenit rei ratione suae essentiae, sed solum ratione existentiae participatae; ideoque licet essentiae rerum sint ab aeterno, non tamen ab aeterno durant.

Duratio est 3plex: Aeternitas scilicet, evum, et tempus: ratio est, quia tot sunt durationes, quot modi durandi; hi sunt 3, nam Deus durat sine principio, nec fine, ideoque dicitur aeternus: angelus, et anima rationalis durant sine fine, et cum principio, ideoque existunt per evum; aliae quae res corporeae cum principio, et fine, et ideo existunt in tempore: Ergo etc.

Ex quo sequitur, quod tempus sic definiri potest: numerus motus secundum prius et posterius. Unde partes temporis essentialiter sunt successivae. Evum sic definitur: duratio rei permanentis et incorruptibilis. Aeternitas sic: interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio. Unde quidquid durat in aeternum, non habet unam partem post aliam, quia ejus duratio non mensuratur tempore. Satis de 4° libro

LIBER QUINTUS PHICORUM

Philosophus in hoc libro egit de motu quo ad suas species, quoad suam unitatem, non specificam, quam numericam, et quo ad suam contrarietatem: de quibus nos sermonem omittimus, quia facilia sunt, et quia jam explicata ad eorum intelligentiam, sufficientia sunt.

LIBER SEXTUS PHICORUM.

Ad volumen melius explicare motum, cum hoc quod de continuo sit in hoc libro de illo egit: nos quia ejus sequendo vestigia, ut universitati possit, de continuo, et de alijs ad ipsum pertinentibus unica tractabimus distinctione.

Distinctio 3ca de continuo.

Questio 1a

Quid sit continuum, et ex quibus partibus componatur?

§ 3cus

Quesitum quo ad omnia breviter Resolbitur.

Philosophus 5 Phisicorum continuum definit: cujus partes aliquo termino communi copulantur: ex qua definitione apparet discrimen inter continuum, et contiguum, nam quae sese invicem tangunt, et non uniuntur, dicuntur contigua, ut locus, et locatum; quae vero sese ibi unientur termino communi, dicuntur continua.

Continuum aliud est permanens, et aliud successivum. Illud est cujus partes permanentes simul existunt, ut lignum, lapis; illud est aliud, ut motus localis, tempus etc. Unde continuum complectitur quantitas permanens, et successiva, id est, nescia substantia, et omnia accidentia materialia, nam haec omnia habent suas partes extra partes ex quibus componuntur.

Adnotate, quod in continuo dari partes subdivisibiles, et puncta, quae distinguntur. Partes aliae sunt aliquotae, et aliae proportionales. Illae sunt quae habent certam, et determinatam magnitudinem, dicuntur quae aliquotae, quia aliquoties repetitae exhauriunt totum continuum; hujus modi est palmus respectu pedis; istae partes dicuntur etiam aequales, et non communicantes, quia una non excedit aliam, et una est altera pars.

Partes proportionales sunt, quae non habent determinatam magnitudinem, sed semper sunt divisibiles in minores, et minores partes, v.g., palmus dividitur in semipalmum, iste in quartam partem etc., et sic ubique in infinitum syncategorematice. Istae partes dicuntur etiam indeterminatae, quia non habent determinatam magnitudinem

et communicantur, quia una accipit aliquid ab alia, ut palmus, qui accipit à semipalmo suam integritatem.

Quaerit ergo in praesenti ex quibus continuum componatur? Dicimus: continuum componi non solum ex indivisibilibus, seu punctis, sed etiam ex partibus divisibilibus usque in infinitum. 1ª pars constat; quia dato uno continuum majus alio, et evidenter; sed indivisibile additum continuo non facit illud majus alio: ergo etc. 2ª pars probatur: totum resolbitur in ea, ex quibus actu componitur; sed quodlibet lignum resolbitur, resolbitur in partes, et istae resolbuntur in alias: ergo continuum componitur ex partibus indivisibilibus.

Quod istae partes sint divisibiles usque in infinitum, patet; nam illa ultima pars, esset quanta, vel non? Si sit hoc: ergo adhuc est divisibilis; si non: ergo illa pars resoluta componebatur ex partibus non quantis, quod implicat: ergo repugnat in continuo ultima pars ulterius indivisibilis, nam repugnat quantitas, quae indivisibilis sit, unde quaelibet pars magis, et magis dividi potest, saltem per potentiam Dei.

LIBER SEPTIMUS PHICORUM.

Primus per 5 capita de aliquibus gravibus, lebibus, et projectis, hic agit; de quibus consulta veritate in unica distinctione principaliora comprehendemus, caeteraque adiectis relicta: quaeque sit.

Distintio 1ca

De gravibus, lebibus, et projectis.

Quaestio 1ca

A quo gravia, lebia, et projecta moveantur?

§ 1cus

omnia veritatem Resolbens.

Supono 1º, quod gravitas, et lebitas sunt formae positivae, reales, quae distinctae à substantia corporum gravium, et lebium; suntque principium motus, et quietis sursum, et deorsum. Supono 2º ipsam substantiam lebium, et gravium esse principium passivum horum motuum, et locum principium finale eorum: Unde procedit quaestio de principio efectivo, quod, et quo, utriusque motus.

Dico 1º: gravitas, et lebitas sunt principium quo immediatum motus, gravium, et lebium ad proprium locum. Probatur: posita gravitate statim principium motus deorsum, quocumque alio ablato, nam in constantia

ta ablata substantia panis, adhuc manet motus deorsum, et in levitate idem evenit; nam quidam motus sursum in vapore, licet absit forma substantialis aquae: Ergo principia immediata horum motuum sunt gravitas, et levitas. Ex quo sequitur, quod forma substantialis possit dici principium horum motuum, et radicale.

Dico 2°: gravia, et levia moventur à se ipsis tanquam à principio quod immediato localiter motum. Ratio: magis propria est gravi gravitas, et levi levitas, quam calor aquae; sed quando aqua calida calefacit principium quod hujus calefactionis est aqua: Ergo quando gravia, et levia localiter moventur, principium quod motus erunt gravia, et levia. Ex quo manet impugnata aliquorum sententia dicentium: quod principium horum motuum est generans; nam dum gravia, et levia moventur post generans jam destructum.

Dubitabis:

à quo proveniat, quod motus naturalis velocior est in fine, quam in principio, et medio? Respondeo, quod provenit ab impulsu à gravitate causato, qui impulsus auget, et quantum plus auget, plus motus accelerat; et ex motu celeriori magis intendit impulsum, et ideo quo aptius cadit grave, velocius movetur. Ex quo sequitur, quod motus violentus immediatè est velocior, quam in principio, et fine; nam in principio incipit existere in cursu, in fine vero languescit, et in medio totum impulsum accipit motus.

Sequitur etiam, quod corpora projecta moventur ab impulsu in ipsis impresso à projiciente, qui quidem impulsus est quaedam qualitas impressa à projiciente in corpore projecto; corrumpiturque et desinit esse per substantiam [illegible] ni [illegible]; non quia Deus velit illum corrumpere, sed quia impulsus est talis naturae, ut determinatae durationis durationem; ideo quae quia Deus se attemperavit naturis rerum; solum quae illum [illegible] impulsum juxta ipsius naturam.

Dubitabis hic: quod aliquod agens possit agere indistans, quin agat in propinquum? Pro ejus resolutione notandum duplicem esse contactum, scilicet, mathematicum, seu formalem, quo duo corpora ita se tangunt, ut extrema eorum sint contigua; alter virtualis, seu physicus, quo agens per suam virtutem passum attingit, producendo aliquid in ipso. Unde sententia, dum requiritur ad agendum contactum formalem, seu mathematicum, nam Sol generat aurum sine tali contactu.

Sit 1°: aliqua agentia creata possunt naturaliter agere indistans, non agendo in medio. Communis Doctorum in 1°, dist. 37, quaest. 11, et Scholasticorum contra Thomas. Patet experientia: nam nulla causa fluxum, et refluxum in mari, quam talis fluxum, et refluxum causat in corpora quae mediant inter lunam, et mare

ita magnes trahit ferrum, etiam si aliquod medium sit interpositum, nam sit ponitur magnes intra lapidem mobilem ferrum ad motum magnetis, quantumlibet moveatur: Ergo etc.

Replicabis: agens naturale cum sit infinitae virtutis habet determinatam exteriorem suae activitatis; si non esset necessarium quod agit in medio nulla esset determinata extra suae activitatis, nam tunc non laborarent virtus ejus in medio, nec debilitaret: Ergo quantumcunque distaret passum, posset habere actionem in illo. Respondetur quod licet agens eo quod in medium non agat, non debilitaret ejus virtus, tamen non sequitur, quod possit agere non obstanti quacunque distantia propter ejus limitationem.

Exemplum patet in potentia visiva quae habet determinatam exteriorem, cum tamen nihil operetur in medio, nec ullam virtutem dispendat. Ergo sequitur quod non omne agens agit in distans, quin agat in medio vel solum aliquando. Itaque si corpus propinquum agenti non sit capax illius actionis, poterit agens agere in distans, quin agat in propinquum, si vero medium possit recipere eandem qualitatem, ac distans, tunc prius naturae agit in propinquum, quam in distans, juxta illud: agens naturale prius, et fortius agit in propinquum, quam in remotum.

Dubitabis 2° an agens naturale possit agere in se ipsum? Respondetur cum distinctione: si agens operetur actione aequivoca optime potest, ut patet in intellectu, qui simul cum specie impressa est in actu 1° ad producendum intellectionem, et illam recipit. Caeterum si agens operetur actione univoca, respondetur negative, quia implicat, quod idem sit idem in actu, et potentia respectu ejusdem. Si in hac materia plura curiosa desideratis, videte Autores nostrae Scholae. et haec sufficiant de 7° libro.

LIBER OCTAVUS PHYSICORUM.

Existentiam primi motoris per motum demonstrare Philosophus intendit: eundemque motum tanquam principium motus considerat. Et quia in hoc plura infidelia theoremata tenet, ideo illum deserendo, vestigiaque caeterorum sequendo, qui nostra Principia Octo librorum physicorum utiliter exponunt de aeternitate rerum agemus, quae prima sit.

Disputatio 3ica de aeternitate rerum.

Quaestio 1ica

An mundus potuerit esse ab aeterno? § 1ius

Quaesito, et alijs incidentibus respondetur.

Mundum fuisse à Deo in tempore creatum, tenet Scotus, cum omnibus Catholicis, patuit contra Philosophum, et aliquos antiquos à veritate fidei remotos: unde opinio Philosophi ut erronea rejicitur; Nostra vero testimonijs Sacrarum Scripturarum roboratur. 1º ex cap. 1º Genesis: in principio creavit Deus cælum, et terram. Et ex Proverbiorum cap. 8º: antequam quidquam faceret à principio.

Et cap. 17º Joannis: clarifica me Pater, claritate quam habui, priusquam mundus fieret. Et hæc veritas definita est in Concilio Lateranensi sub Leone 10, sessione 8ª = His scitis, et creditis tanquam de fide, inquires: an Deus libere mundum produxisse? Error fuit Wiclefi, et aliorum Deum ex necessitate, et non libere produxisse mundum: sed veritas Catholica oppositum docet, constat ex illo Psalmi 66: omnia quæcumque voluit fecit.

Et ratione probatur: Deus producit omnia ad extra per intellectum, et voluntatem; sed voluntas Dei non patitur necessitatem nisi ad amorem infiniti boni; alias voluntas divina diceret imperfectionem ob dependentiam à creaturis: Sed cum mundus non sit infinitum bonum, non patitur divinam necessitatem voluntatis; sed voluntas à necessitate libere operatur: Ergo Deus mundum libere produxit.

Inquires amplius an mundus per Dei potentiam potuerit esse ab æterno? cum mundus sit ex permanentibus rebus, et ex successivis constet, de utrisque discurrendum est. Pro quo notate, quod res permanens est, cujus partes sunt simul, ut lapis: successiva vero, cujus una pars est post aliam, ut v.g. tempus. Hoc notato dico 1ª conclusione:

Res permanentes potuerunt ab æterno fieri, et consequenter mundus ex eis constat. Ita Doctor Subtilis in 2º dist. 1ª, quæst. 3ª. Probatur ratione: productio rerum permanentium ex parte rei non repugnat ab æterno; Deus enim ab æterno eodem modo fuit omnipotens et gaudens eadem virtute ac modo est; quia Deus essentialiter immutabilis est, sed modo Deus potest aliquas creare creaturas: Ergo ab æterno.

Dicimus 2ª conclusione: res successivæ, ut sunt tempus, et motus non potuerunt esse ab æterno. Ita Doctor Subtilis in 2º, dist. 2ª, quæst. 3ª, quem sequuntur omnes Scotistæ. Probatur ratione: implicat abstrahere successionem à tempore: Ergo et fieri successionem ab æterno. Consequentia patet; quia æternitas abstrahit à tempore, alias non esset æternitas, sed tempus, quod implicat.

Sed præter mundi initium interrogabis: utrum in die judicij sit mundus annihilandus? Dico 1º: in die judicii cessaturus est mundus tantum quoad motum cælorum, cum quo ad generationem, successionem, corruptionem, corporumque mutationem. Desisa-

ex motu cælorum patet ex 10° apocalipsi: et tempus non erit amplius. Tempus enim motum consequitur, et præcipue cælorum.

De generatione, et corruptione generationis etiam probatur, et juxta fidei principia omnes mortui resurgent, et vivent in æternum, nec in præsenti abitaculo permanebunt, sed justi ibunt in vitam æternam, mali vero in ignem æternum. Et quia hæc humana respublica seu status hujus præsentis vitæ conservatur per subsessivam generationem, ideo oportet generationem, et corruptionem esse: cum autem post diem judicij omnia sint in æternum permansura, ideo talis generatio, et corruptio subsessiva deficiet. Ergo etc.

» Dico 2°: in die ju-
» dicij cælum, et terram, et alia elementa non erunt ad nihilum redacta, sed renovanda, et
» purificanda; et sic renovata, et purificata cæli permansuri sunt in æternum. Hoc
patet ex 3° Ecclesiastici: omnia opera, quæ fecit Deus perseverant in perpetuum. Etiam constat
ex alijs locis Sacræ Scripturæ, quæ brevitatis causa non refero.



